MIRKO ZJAČIĆ:

34

# KNJIGA

## RIJEČKOG NOTARA I KANCELARA ANTUNA DE RENNO DE MUTINA

[1436. – 1461.]

II.

U trećem svesku »Vjesnika« Državnog arhiva u Rijeci objelodanili smo dio Knjige riječkog kancelara i notara Antuna de Renno de Mutina (1436.—1461.), koja sadrži spise najstarijeg sačuvanog riječkog kancelara i notara — zaključno do god. 1450. (do 421. str. izvornika).

U ovom svesku donosimo daljnji dio prijepisa te Knjige i to od 1451.— zaklj. 1454. god. (od 422. — zaklj. 547. str. izvornika).

Da bismo izbjegli suvišno gomilanje opsega knjige, u nastavku objelodanjenja ovog rukopisa ispustili smo stereotipne formule, koje se jednoliko ponavljaju kao i u dosad već objelodanjenom dijelu izvornika, a također i one dijelove unesaka odn. isprava, koji za sadržaj odnosnih unesaka nemaju bitnog značenja.

To smo ispuštanje izvornog teksta označili točkicama.

I u dijelu kodeksa, koji sad objavljujemo, nalazimo mnogo vrijednih podataka, koji produbljuju poznavanje etničkog sastava grada Rijeke u to vrijeme, njezinog upravnog i sudskog uređenja i djelovanja (u ovom smo dijelu prijepisa donijeli i 10 daljnjih zakonskih odredaba iz tog razdoblja), a posebno onih koji nam osvjetljuju privredni i trgovački razvoj grada i ulogu, koju je već tada imao u ekonomskom životu i trgovačkom prometu naših krajeva.

Izdanje smo popratili rijetkim bilješkama, koje se u glavnom odnose na kritiku i pravilno razumijevanje izvornog teksta.



http://library.foi.hr

S. 422. Pro Martino Charmanich contra Antonium Perdlich.

In Christi nomine. Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millessimo quadrigentessimo quinquagessimo primo, indictione XIIIJ, die tercio mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Blasutho condam Petri, Curilo Posniçich, Toma Charmanich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Antonius Braich dictus Perdlich fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Martino Charmanich, marchas viginti paruorum, et hoc pro omnibus et singulis terrenis et selo(!), que fuerunt patris dicti condam(!) Martini, positorum(!) in Borgudo infra suos confines ...

Pro iudice Nikolao contra iudicem Maurum.

Die XJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus domino presbitero Gaspare, plebano, iudice Tonsa condam ser Nicole, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Maurus Vidonich, fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich ducatos septuaginta sex boni auri et iusti ponderis et solidos quadraginta octo paruorum, et hoc pro saldo et calcullo omnium suarum rationum, non computato tamen in hoc saldo et calcullo debito pro quo dicto creditori est fideiussor Valentinus Iurlinouich pro suprascripto debitore ...

Procura ser Antonij Ciprianich.

Die XIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Tonsa condam ser Nicole, Chirino Milçich, Iohanne Milasinich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique nobilis vir ser Antonius condam ser Cipriani de Spaleto ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit prudentem virum ser Marinum condam Demetrij de Ragusio, habitatorem Venetiarum, suum verum et legitimum procuratorem ..., presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto costituenti teneretur quacunque ex causa Venetijs et eius confinibus ...

Pro Maria Matchouena contra Toma remerium.

Die XVIIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino Satan, Iohanne de Fantonis de Florentia, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Tomas remerius de Bucharo, ciuis dicte Terre Fluminis ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare
S. 423. debere (S. 423.) Marie, sorori iudicis Viti Rosso ..... libras quadraginta quinque et solidos quatuordecim paruorum, et hoc partim nomine mutui et partim pro griso ...

Locatio iudicis Nicolai.

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Simeone condam Mauri, Marco Bunto, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Nicolaus Micolich dedit, tradidit, et locauit ad laborandum usque ad sex annos proxime futuros Stefano Clibanario ... suum pastinum in Plasi his pactis et condicionibus ...



http://library.foi.hr

**Pro Sigismundo Çichouer contra Siuichum molendinarium.**

Die primo mensis Marcij. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Michlesio Slamperger muratore, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Siuichus molendinarius ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere nobili viro Sigismundo Cichouer ..... ducatos quatuor cum dimidio boni auri et iusti ponderis, et hoc pro resto solutionis affictus partis molendini dicti creditoris annorum sex preteritorum, computatis tamen in hoc calculo et ratione triginta septem starijs frumenti, quos recepit spectabilis vir dominus Iacobus Raunacher, tempore guere(!), que fuit inter magnificum dominum nostrum de Valsee et Tergestinos, et similiter starijs vndecim frumenti, quos recepit dominus Iohanes Cichouer[1] milles, frater dicti creditoris, in ratione solidorum decem et octo pro singulo stario ...

**Pacta Grisostomi et Chirini Iuriacouich.**

Die quarto mensis Marcij. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus ser Bartolomeo condam Antonij de Firmo, ser Nicolao a Rocha, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Chirinus Iuriacouich de Cregnino dare et consignare promisit Grisostomo ser Nicolai de Firmo cosolcios centum, secundum mensuram moreli, quem simul habent in splagia dicte Terre Fluminis, omnibus suis sumptibus et periculis, excepto dacio dicte Terre Fluminis quod soluere tenetur Grisostomus, longitudinis passuum trium, pro precio solidorum octo paruorum ...

S. 424.

**Pro Chirino Spinçich contra Martinum Verbanich.**

Die quinto mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Floro Rossouich, Georgio Contouich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Martinus Verbanich de Steninsiach ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich de Castua ..... ducatos sexaginta unum boni auri et iusti ponderis, et hoc pro bombace tincto. Pro quibus quidem ducatis sexaginta uno auri dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis tantam ceram collatam, quantum ascendat ad suprascriptam pecunie quantitatem in ratione ducatorum decem auri pro centenario ...

**Pro ser Domenico de Florentia contra Marinum Radeie.**

Vltrascriptis die, loco. Presentibus Grisano condam iudicis Martini, Georgio Petriçich, Floro Rossouich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Marinus Radeie de Ragusio, ad presens mercator in dicta Terra Fluminis ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Dominico de Fantonis de Florentia, habitatori dicte Terre Fluminis ..... ducatos ducentos et quinquaginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomo-

1) Tako u izvorniku na dva mjesta »Cichouer«, bez početnog »ç«, a in margine sa »ç«.



http://library.foi.hr

docunque prefati creditor et debitor simul habuissent usque ad presentem diem . . .

**Pro Iohanne Sandai contra Mateum Cersath.** Die nono mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Petro Glauinich, tetibus . . . Ibique Mateus Cersath, . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iohanni Sandai, ciui dicte Terre Fluminis . . . . . libras triginta quatuor et solidos quinque paruorum . . . . . Ed ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro scepiali pignere designauit suum baretum, situm in Caxala, cum omnibus suis habentijs et pertinentijs.

**Pro vxore iudicis Bachini et filijs contra Bartolomeum de Firmo.** Die XIIIJ mensis Marcij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis infrascripte domine Marie et Bartoli, Iacobi, et Christofori, eius filiorum, presentibus venerabili fratre Marco, priore monasterij sancti Augustini, presbitero Iohanne Suselich, ser Georgio condam iudicis Stefani Ruseuich, testibus . . . Ibique Bartolomeus condam Antonij de Firmo, . . . . . promisit domine Marie, uxori condam iudicis Iohannis Misuli, Bartolo, Iacobo, et Christoforo, fratribus, et filijs dicte domine Marie, quod quandocunque ipsi siue alter ipsorum exigere voluerit turim(!), positam in platea, quam ab ipsis emit, pro se ipsis, quod ipse Bartolomeus eam restituet usque ad duos annos proxime futuros, et quod interim nullam faciet expensam in ipsa turi. Elapsis autem duobus annis, et prefatis seu altero ipsorum ipsam turim non exigentibus, ipsa turis libera et francha sit prefati Bartolomei.

**S. 425.**

**Procura Georgij Samerel.** Die XVIIIJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito Barulich, iudice Iacobo Micolich, Bartolo Melcherich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Georgius Samerel de Labaco . . . fecit, constituit, creauit, et ordinauit Iohannem dictum Iagnaç . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . presertim ad exigendum et recuperandum a Iacobo Maliuanich, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa . . .

**Pacta Chirini Spinçich et Michaelis de Crançe de la Braça.** Die XVIIIJ mensis Marcij. In Terra Fluminis in domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus iudice Stefano Blasinich, Petro Glauinich, ambobus ciuibus dicta Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Michael Iohannis de Crançe de Braça vendidit Chirino Spinçich, ciui dicte Terre Fluminis, modios ducentos vini sani et mercimonialis de Braça pro precio et nomine precij quadraginta sex solidorum pro singulo modio. Quam vini quantitatem dictus venditor dare et consignare promisit predicto emptori in Fluuio a latere Cersati . . .

**Procura Pasquoi de Ragusio.** Die prescripto. In littore maris ante Terram Fluminis sancti Viti, presentibus Veneciano de Cregnino, ciue dicte Terre Fluminis, Andruscho Tonchouich, Michoi Radinouich, ambobus de Ragusio, testibus . . . Ibique Pasquoi Natalis de Ragusio . . . fecit, constituit,



http://library.foi.hr

creauit, et ordinauit Andream, fratrem suum, . . . suum uerum et legitimum procuratorem, . . . presertim in omnibus et singulis litibus, placitis,, questionibus, et controuersijs, que et quas habet siue habiturus est cum quacunque persona, tam in agendo quam defendendo, et tam Ragusij quam alibi, et ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa tam Ragusij quam alibi . . .

**Pro ser Chirno de Grimanis contra Vrbanum de Iuançich.**

Die XXV mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Bartolo Melcherich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Vrbanus condam Nicleusi de Iuançich . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Chirino de Grimanis, capitaneo ville sancti Vincentij . . . libras sexaginta vnam et solidos quatuor paruorum, et hoc pro panno blauo, habito a dicto creditore . . .

**S. 426.**

**Pro Teodoro.**

Die XXVJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito Barulich, Toma remerio, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique çupanus Suetina de Burgudo dixit, asseruit, et confessus fuit qualiter denarios, quos habere debebat a condam iudice Paulo et Teodoro in solidum, ipse semper petijt et exquisiuit ab ambobus, sed quod ex ipsis Vitus sarctor dedit libras sexaginta, et similiter iudex Vitus Rosso dedit ipsi partem ex dictis denarijs. Residuum vero dixit se recepisse a prefato Teodoro.
Scripsi de mandato suprascripti iudicis Viti Barulich.

**Pro Chirino Spinçich contra Michaelem a Braça.**

Die XXVIIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Milasino calafato, Luca Samburich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Michael condam Iohannis de Crançi a Braça . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich de Castua, ciui dicte Terre Fluminis . . . libras triginta septem paruorum, et hoc pro pellibus, habitis a dicto creditore. Pro qua qnidem pecunie quautita(!) dare et consignare promisit vinum pro solidis XLVJ paruorum pro singulo modio . . . . .

**Pro ser Dominico de Fantonis contra Iohannem de Ragusio.**

Die vltimo mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Grisano stacionario, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, Marino Radeie de Ragusio, testibus . . . Ibique Iohannes Pauli condam Alegreti de Ragusio . . . dare et consignare promisit ser Dominico de Fantonis de Florentia, habitatori dicte Terre Fluminis . . . milliaria octo olei clari, çiali(!) et mercimonialis in dicta Terra Fluminis . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti ser Dominici prefatus Iohannes obligauit et pro speciali pignere eidem designauit salnitrum et omnia eius bona existentia in dicta Terra, soluendo tamen prius iudici Nicolao Micolich.



http://library.foi.hr

**Pro ser Antonio de Proficis contra Nicolaum de Candia.**

Die sexto mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Nicolao Tomasini de Vegla, Vito Mateieuich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus de Candia, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Antonio ser Iohannis de Proficis de Cherso ... ducatos quindecim boni auri et iusti ponderis, quos dictus creditor soluit domino comiti Chersi, tanquam plegius ipsius debitoris .....

**Pro Nicolao de Candia.**

**S. 427.**

Die nono mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, ser Georgio Glauinich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus (S. 427.) ... Ibique Chirinus Milçich dixit, asseruit, et confessus fuit qualiter sunt anni tres uel circa, quibus sub arbore que est ante portam dicte Terre Fluminis, ipse recepit a Nicolao de Candia libras octo paruorum pro complemento solutionis vnius terreni cum vinea siue pastino intus positis, siti in valle Buchari, quod terrenum ab ipso Chirino emerat Baxilia, filia Luce Slactich pro libris L$^{ta}$IIIJ$^{or}$, uti constat instrumento scripto manu mei notarij infrascripti anno domini 1446, indictione nona, die XXVIJ mensis Martij.

Die XVIIIJ mensis Aprilis. In Terra Fluminis sancti Viti in statione iudicis Nicolai Micolai infrascript, presentibus generose milite domino Martino Raunacher, suprascripto iudice Nicolao, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ad hec uocatis et rogatis. Ibique nobilis vir dominus Petrus Belli, capitaneus Castue .........[1]

**Pro domino Nicolao de Barnis contra Nicolaum de Candia.**

Die XXJ mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Dominico de Fantonis de Florentia, Iacobo Maliuanich, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus de Candia, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere generoso milliti domino Nicolao de Barnis ... ducatos sexdecim boni auri et iusti ponderis et solidos quinquaginta paruorum, et duas sarcinas vini .....

**Pro Iacobo cerdone contra Bartolomeum condam Antonij de Firmo.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Petro Glauinich, Iohanne dicto Iagnaç, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Bartolomeus condam Antonij de Firmo ... promisit seruare indemnem magistrum Iacobum cerdonem de Curçula, habitatorem dicte Terre Fluminis, pro ducatis quatuor auri, quas dedit magistro Mateo Tomasij cerdoni, habitatoris (!) Arimini, quosque ducatos quatuor auri prefatus magister Iacobus cerdo dare tenebatur et debebat magistro Georgio cerdoni alias Ardeli, habitatori Arimini.

1) Ta isprava u izvorniku samo započeta i ostala nedovršena. Također bez marginalne rubrike.



http://library.foi.hr

**Pro Chirino Spinçich contra Vrbanum de Iuançich.** Die XXV mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Petro Rasar sarctore, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Vrbanus condam Nicolai de Iuançich... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich de Castua... ducatos quindecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro bombacio tincto, habito a dicto creditore.....

**S. 428. Protestus Martini aurificis.** Die XXV mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice vito condam ser Matchi, iudice Iurcho de Dreuenico, Simeone Maurich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobilibus viris ser Vito Barulich et ser Iacobo Micolich, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit Martinus aurifex condam Dominici de Segna, ciuis dicte Terre Fluminis, asserens et dicens qualiter.....[1]

**Pro Andrea de Salçburgo contra Mateum Choceuar.** Die secundo mensis Madij. Sub arbore populea ante portam Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Vito Matronich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, Iohanne Belsterfar aurifice, Sigismundo aurifice de Allemania, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Mateus Coceuar de Labaco... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Andree Patrono de Salcburgo... libras triginta et solidos sexdecim paruorum, et hoc pro vrceolis ab aurifice ab ipso creditore habitis. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori Labaci ad nundinas sancti Petri proxime futuras.....

**Pro iudice Nicolao contra Prodanum et Rafaelum.** Die septimo mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Grisano stacionario, Paulo Vidotich, Veneciano de Cregnino, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Prodanus condam Radeni de Pago et Rafael de Fossambruno... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich... ducatos quinquaginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro plegiaria seu fideiussione ipsi facta pro ser Palmerio de Besti pro ferro a dicto creditore habito... Et ad miorem cautellam dicti creditoris dictus Prodanus eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suum pastinum in Plassi et Rafael suam vineam in Senichouim, intelligendo tamen quod instrumentum, scriptum manu mei notarij infrascripti anno domini 1448. indictione XJ[a], contra predictum Prodanum de ducatis quinquaginta sit cassum, vanum, irritum, et nullius valoris.

1) Ta je isprava ostala tako u izvorniku nedovršena.



http://library.foi.hr

Pro ser Mateo de Grassis de Venetijs contra iudicem Damianum de Iadra.

Die octauo mensis Madij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Tomasini de Vegla, presentibus iudice Mauro Vidonich, Vito sarctore condam Georgij, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Damianus condam Matei de Iadra, ciuis dicte Terre Fluminis... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Mateo condam Andree de Grassis de Venetijs,... ducatos quadraginta boni auri et iusti riçi tot arcus, in ratione librarum tresdecim cum dimidio paponderis et solidos nonaginta septem, et hoc pro nonnullis mercantijs ab ipso habitis. Pro qua quidem pecunie quantitate prefatus debitor eidem creditori dare et consignare promisit Bucharuorum pro singulo centenario, illius sortis arcuum quos ipsi
S. 429. creditori dedit, quot ascendat ad suprascriptam pecunie (S. 429.) quantitatem usque ad festum Pentecostes proxime futurum.....

Pro ser Chirino de Grimanis contra Grisanum stacionarium.

Die octauo mensis Madij. In statione infrascripti creditoris, presentibus Michlesio muratore, Blasiça cerdone, Iohanne Babich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Grisanus condam iudicis Martini de Pago... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Vito Mateieuich... vice ac nomine ser Chirini de Grimanis, capitanei ville sancti Vincentij, ducatos septuaginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro domo, curia, et orto ab ipso habitis.....

Pro fratre Alberto contra Claram Martincam.

Die X° mensis Madij. In domo habitationis infrascripte debitricis, presentibus iudice Nicolao Micolich, Rafaele de Fossambruno, testibus... Ibique Clara, uxor condam Martini Çaninich... fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere venerabili fratri Alberto, priori monasterij sancti Augustini... ducatos viginti duos boni auri et iusti ponderis nomine mutui.....

Procura domine Matee Rossoue in Antonium, eius filium.

Die X° mensis Madij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis infrascripte constituentis, presentibus Paulo Mortatich, Iohanne Marnich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique domina Matea, uxor iudicis Viti condam ser Matchi, cum eius consensu... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Antonium, filium suum... suum uerum et legitimum procuratorem... presertim in omnibus ac singulis placitis, litibus, questionibus, et controuersijs, que et quas habet siue habitura est cum quacunque persona, et ad exigendum et recuperandum quicquid dicte constituenti teneretur Albone et Flanone quacunque ex causa.....

Pro Tomasio de Vmago contra Gregorium Plesaç.

Vltrascripto die. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Bartolomeo condam Antonij de Firmo, Iohanne Rossouich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Gregorius Plesaç, tabernarius,... fuit contentus et confessus se iuste teneri, et dare debere Tome de Goriana, habitatori Huma-



http://library.foi.hr

gi . . . libras viginti octo et solidos quatuordecim paruorum, et hoc pro lana ab ipso habita. Pro qua quidem pecunie quantitate idem debitor prefato creditori dare et consignare promisit . . . tantum grisum quantum ascendat ad suprascriptam pecunie quantitatem, quem nunc dicit se velle facere ex lana a dicto creditore habita, et in casu quo non daret grisum, ut supra, quod tunc et vinum et alia eius bona omnia sint pro pignere pro dicto debito dicto Tome. Et quod iudex Vitus Matronich, quem loco sui constituit procuratorem, possit et valeat omnia adimplere nomine ipsius tanquam ipse constituens adesset.

**S. 430.**
**Procura domine Dominice de Cherso.**

Die XXV mensis Aprilis (!). In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino Satanni, Prodano de Pago, Iohanne dicto Iagnaç, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique domina Dominica, uxor condam Stefani Cablarich de Cherso . . . fecit, constituit, creauit et ordinauit magistrum Iohannem merciarum, generum suum, . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, questionibus, et controuersijs, que et quas habet siue habitura est tam in insula Chersi quam alibi occasione bonorum condam Nicolai Xuuelich habitatoris Chersi, quam alia quacunque causa, tam in agendo quam defendendo, et ad comparendum, si opus fuerit, coram domino comite Chersi et quocunque alio iudice ad agendum, petendum et cetera . . . . .

**Pacta Tome Fuçich et Christofori et Georgij de Arbo.**

Die decimo mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino aurifice condam Dominici, Iacobo Cigantich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Tomas de Goriana, habitator Humagi, dare et consignare promisit in portu Arbi ser Cristoforo ser Marini de Nimira et Georgio Iohannis de Arbo . . . milliaria quatuor lane, illius sortis cuius olim dedit ser Mateo de Marinelis, pro precio et nomine precij librarum centum pro singulo milliario usque ad diem vigessimum mensis Iunij proxime futuri, hoc tamen addito quod si mitteret aut ferret plus lane vltra suprascripta quatuor milliaria, quod debeat etiam ipsam dare prescriptis ser Christoforo et Georgio pro precio suprascripto . . . Et quod quando prefati Christoforus et Georgius accipient lanam, dare debeant dicto Tome fideiussionem pro tercio pluris valoris lane, et soluere tricessimum Arbi . . . . .

**Accordatio ancille pro ser Iohanne Tamburlano**

Die XJ mensis Madij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Grisano condam iudicis Martini, Iacobo Cigantich, Blasio cerdone condam Antonij, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Petrus cerdo de Gaçscha, cum consensu Elene uxoris sue, dedit et tradidit ad seruiendum ser Iohanni condam Simonis de Ancona . . . Elisabeth, filiam suam, his pactis et condicionibus quod prefatus ser Iohannes



http://library.foi.hr

teneatur et debeat dicte Elisabeth dare vitum et vestitum, et eandem tractare et monere veluti equum est. Et quando dicto ser Iohanni videbitur tempus aptum eamdem maritare, et dotare prout sibi et sue consciencie videbitur. Et quod prefati coniugales aut alter ipsorum nullo modo aut via possint nec valeant neque presumant prefatam filiam suam a dicto ser Iohanne amouere, sine ipsius ser Iohannis voluntate.....

**Pro Catarina Moclinoua contra Simonem Coxarich.**

Die XX mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Paulo Mortatich et Paulo Chouaçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Simon Coxarich... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Catarine Moclinoue... libras viginti octo paruorum, et hoc pro complemento solutionis terrenorum Na Polce, que ipse debitor emit a predicta creditrice.....

**S. 431. Pro iudice Nicolao Micolich contra Iohannem de Ragusio.**

Die XXVJ mensis Madij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, iudice Vito condam ser Matchi, Floro eius filio, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iohannes Pauli Alegreti de Ragusio... dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis iudici Nicolao Micolich miliaria quatuor olei boni, clari, et çiali(!) usque ad XV diem mensis Nouembris proxime futuri... Que quidem milliaria quatuor olei si predictus Iohannes non dederit ac designauerit, ut supra, quod tunc et eo casu ipse Iohannes teneatur et debeat soluere dictum oleum pretacto iudici Nicolao illo precio quo ipse creditor et ser Dominicus de Fantonis vendent oleum illo tempore. Et ad maiorem cautellam dicti creditoris prefatus Iohannes eidem obligauit et pro speciali pignere designauit nauim[1], quam construi facit(!) in littore maris ante dictam Terram Fluminis, et omnia et singula corredia et res, que et quas conduxit de Segna pro dicta naui.

**Pro ser Dominico de Florentia contra Marinum Radeie de Ragusio.**

Die XXV(!) mensis Madij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Grisano stacionario condam iudicis Martini, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Marinus Radeie de Ragusio, ad presens mercator in dicta Terra Fluminis.... dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ser Dominico de Fantonis de Florentia, ad presens habitatori dicte Terre Fluminis, milliaria octo olei clari et çiali per totum mensem Septembris proxime futurum..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus Marinus eidem obligauit et pro speciali pignere designauit omnes

1) U izvorniku stajalo na tom mjestu najprije »nauignium«, te je to prepravljeno u »nauim«. Samo to prepravljanje riječi »nauignium« u »nauim« nije sasvim ni paleografski ispravno, jer je samo precrtano »nium«, a ostavljeno »nauig«, te iznad toga stavljen znak kraćenja, tako da bi zapravo trebalo čitati opet »nauigium«, dok s druge strane nije pravilan ni gramatički oblik »nauim«, jer u klasičnom jeziku akuzativ imenice »navis« glasi uvijek samo »navem«, (iznimno može tek abl. pored »nave« biti i »navi«).



http://library.foi.hr

et singulos pannos, tam de sirico quam lana, et omnes sarthias, corredia et arnensia a barca, et omnia alia et cetera, ... que habet in dicta Terra Fluminis, que bona tamen et res stare et permanere debeant risico et periculo ipsuis Marini. Que quidem bona et res dictus creditor vendere possit libere confestim, elapso prescripto termino, ad incantum ad omne sui libitum, quamquam de venditione ipsorum non daret noticiam prefato Marino, non obstantibus consuetudinibus dicte Terre Fluminis, quibus ex nunc renunciat prout ex tunc ipse debitor .....

**Procura Antonij muratoris in suam uxorem.**

Die XXVJ mensis Iunij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione habitationis mei notarij infrascripti, presentibus ser Rafaele de Fossambruno, Marco Cersatich, Petro condam iudicis Chirini Glauinich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique magister Antonius murator condam Agnoli de Nouilaria ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit dominam Iohannam, uxorem suam ... suum verum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa, tam in ciuitate Pisauri quam eius districtu .....

S. 432.

**Pro Bartolomeo de Firmo contra Nicolaum de Selça.**

Die XXVJ mensis Iunij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione infrascripti creditoris, presentibus Milasino calafato et Dominico carpentario, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Chergnaç de Selça dare et consignare promisit Bartolomeo condam Antonij de Firmo ..... in dicta Terra Fluminis milliaria decem ferri tale quale nunc ipsi dedit per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro domino Nicolao Barnis contra Iagnaç.**

Die XXVJ mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Marco condam ser Donati, Iusto barberio, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes cictus Iagnaç ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iacobo Maliuanich ... vice ac nomine generosi millitis domini Nicolai de Barnis, ducatos vndecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, facta prefato Iacobo pro Georgio Samerel de Labaco. Pro quibus quidem ducatis vndecim dictus Iagnaç dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis prefato Iacobo, nomine quo supra, ferrum in ratione ducatorum tresdecim pro milliario, quantum ascendat ad suprascriptam pecunie quantitatem .....

**Pro Andrea balistario contra Stefanum Cernolich.**

Die sexto Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Teodoro condam Dominici, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Mateus Cersath fuit confessus habuisse ac recepisse ab Andrea balistario vnum vasselum plenum vino, tenute modiorum sex uel circa siue plus uel minus prout reperietur in



http://library.foi.hr

mensura, in ratione solidorum LXIJ, pro singulo. Quod vinum soluere promisit Stefanus Cernolich, tanquam plegius...

**Pro Vidacio sarctore.** Die prescripto. In lobia comunis Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Paulo barberio, Teodoro condam Dominici, testibus... Ibique nobiles viri ser Mateus condam ser Donati, ser Vitus Matronich, ad presens iudices dicte Terre Fluminis, dixerunt, asseruerunt, et confessi fuerunt qualiter ex parte comunis donata fuit vna lagena plena vino, Victo sarctori ex nouem lagenis plenis vino, quas acceperunt illis de Clara pro contrabanno die XIIIJ mensis Iunij proxime elapsi.

S. 433.

**Pro magistro Iurli contra Mateum Cersath.** Die secundo mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Belsterfar aurifice, Andreasio piscatore, testibus... Ibique Mateus Cersath... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere magistro Iurli, vicecomiti Lice... libras triginta quatuor pro lapidibus a molendino... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suum terrenum, positum in districtu Grobinici.

**Pro Adam de Firmo contra dominam Nastam.** Die XJ mensis Iulij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo infrascripte creditricis[1], presentibus Christoforo Bachinich, Iohanne Marnich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique domina Nasta, uxor condam ser Donati... fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere ser Ade condam Antonij de Firmo... ducatos octoaginta boni auri et iusti ponderis et solidos triginta septem paruorum, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas prefatus creditor quomodocunque habuisset cum dicta debitrice siue iudice Mateo, eius filio, usque ad presentem diem. Pro qua quidem pecunie quantitate dicta debitrix eidem creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum bonum de Ospergo in ratione tresdecim ducatorum auri pro singulo milliario...

**Pro domino Orsato Iustiniano millite contra Tomasinum de Vegla.** Die XJ° mensis Iulij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo infrascripti debitoris, presentibus domino presbitero Gaspare, plebano, iudice Mauro Vidonich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Nicolaus Tomasini de Vegla, ad presens datiarius Bucharici... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Antonio Dragonese de Venetijs... vice ac nomine generosi ac circumspecti millitis domini Orsati Iustiniano, patricij Veneti, ducatos centum boni auri et iusti ponderis, computatis tamen in hac quantitate ducatorum centum ducatis quinquaginta auri, quos prefatus Nicolaus, debitor, habuit

1) Tako u izvorniku omaškom mjesto »debitricis«.



http://library.foi.hr

atque recepit a prefato ser Antonio die XVJ mensis Iunij proxime elapsi, prout constat cirografo scripto manu prescripti iudicis Mauri die XVJ mensis Iunij proxime elapsi ... Promittens insuper prelibatus debitor tot et tales arcus dicto ser Antonio, nomine quo supra, dare et consignare Bucharici quot et quales in dicto cirografo continentur et illarum sortum.

**Protestus Francisci Baroco.**

Die XVJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Veneciano de Cregnino, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro domino Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Franciscus Baroci, habitator Venetiarum, asserens et dicens qualiter affictauit vnam suam vineam in Schurigna Mateo Fabianich cum aliquibus condicionibus et pactis, prout in actis cancelarie constat, nunc vero prefatus Mateus nec obseruauit nec obseruat pacta, idcirco ipse Franciscus ... protestatus fuit contra predictum ... de deterioratione et peioramento dicte vinee, damno, interesse, et expensis secutis et secuturis.

**Sequestrum prescripti Francisci.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Coram suprascripto domino iudice comparuit prescriptus Franciscus asserens et dicens qualiter Simon Festa tenetur sibi in libris sexaginta octo et
S. 434. solidis XVJ, prout constat quadam sententia voluntaria, (S. 434.) facta ad officium siue ad curiam dominorum Forinsecorum, et quia dubitat quod prefatus Simon vendat bona, que sibi pertinent in dicta Terra Fluminis et eius districtu sine scientia et voluntate ipsius Francisci, idcirco omnia et singula bona pertimentia dicto Simoni interdicit et sequestrat ...

**Pro ser Iohanne De Rauena contra Vidacium sarctorem.**

Die XVIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti (Viti) coram iudice Mateo condam ser Donati, presentibus Chirino Spinçich et Martino, eius filio, testibus ... Ibique Vitus sarctor condam Georgij ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere prouido viro ser Iohanni, de Rauena, ciui Iustinopolis ... libras triginta unam paruorum, quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori siue eius nuncio usque ad nundinas Bucharici proxime futuras, his pacto et condicione .....

**Pacta Grisani Tonchouich et Martini Iacobi.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus, presentibus Blasio Peçich et Georgio Petriçich, testibus ... Ibique Grisanus Tonchouich ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Martino Iacobi, habitatori dicte Terre Fluminis ..... libras viginti tres paruorum his pactis et condicionibus .....

**Protestus domine Marie.**

Die XX mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Grisano stacionario et Toma remerio, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram ambobus iudicibus comparuit Florus Rossouich, nomine domine Marie, sororis



http://library.foi.hr

sue, asserens et dicens qualiter Toma Mocenigo accepit ad laborandum per quinque annos vineam dicte domine Marie, nunc vero ipsam vineam non laborat nec laborare intendit. Idcirco protestatus fuit nomine quo supra aduersus prefatum Tomam . . .

**Pacta ser Martini de Ragusio et Alegreti de Calamota.**

Die XXIIJ mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Teodoro condam Dominici, Paulo Vidotich barbitonsore, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique cum Alegretus Bardi de Calamota fuisset coactus per regimen Terre Fluminis predicte ad accipiendum vnum arborem a barcha cum duabus antenis in Sernouiça ad petitionem ser Marini Radeie de Ragusio, vigore cuiusdam cirografi scripti manu Grisani Martini de dicta Terra Fluminis die XIIIJ mensis Madij proxime elapsi, idcirco prefatus ser Marinus et Alegretus ad tales peruenerunt concordium et conuentionem videlicet . . . . .

**S. 435.**
**Pro Ançe Soster contra Iurssanum.**

Die XXIIIJ mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Antonio Visignich, Paulo Vidotich barberio, testibus . . . Ibique ser Georgius Glauinich . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iohanni Soster de Podgraie . . . ducatos decem boni auri et iusti ponderis nomine mutui . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam vineam, positam in Doli.

**Protestus Martini aurificis et Iohannis Babich.**

Die XXIIIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus nobili viro Bartolo Misuli, Iacobo Cigantich, ser Ançelino Bonfiolo, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique coram nobilibus viris ser Mateo condam ser Donati et ser Vito Matronich, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis comparuerunt magister Martinus aurifex condam Dominici et Iohannes Babich, ambo ciues dicte Terre Fluminis, asserentes et dicentes qualiter ser Fortes Antonij de Curçula dare et consignare ipsis tenebatur super splagia dicte Terre Fluminis, omnibus suis sumptibus, risico, et periculo, milliaria quinque olei per totum mensem Ianuarij de anno instanti . . . quod minime factum est, vnde passi sunt et patiuntur maximum damnum et detrimentum, quapropter . . . protestati fuerunt contra prefatum ser Fortem . . .

**Pro ser Lodouico de Venetijs contra ser Deodatum.**

Die XXVIIIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Babich, Cipriano Fariçich, Martino Spinçich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . rogatis. Ibique ser Deodatus condam Nicolai Marino de Curçula . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Lodouico Salamon de Venetijs . . . ducatos octoaginta boni auri



http://library.foi.hr

et iusti ponderis nomine mutui. Pro quibus quidem ducatis octoaginta dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis octo milliaria ferri boni et mercimonialis ... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam charachiam, que nunc est in Flumine, cum batello, anchoris, vellis, sarrhijs, corredijs, massaricijs, arnensibus ac rebus, hac condicione quod .....

S. 436.

**Pro Deodato de Curçula contra iudicem Martinum de Cregnino** Die penultimo mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Grisano condam ser Martini, Veneciano de Cregnino, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique probus vir iudex Martinus Cotermanich de Cregnino, suo nomine ac nomine magnifici domini comitis Iohannis de Frangepanibus[1], fuit contentus et confessus se habuisse ac manualiter recepisse a ser Deodato condam Nicolai Marino de Curçula libras quatricentas et quadraginta et solidos decem paruorum pro capitali, et libras tres pro expensis.

**Procura ser Deodati in eius filium** Vltrascriptis die ac loco. Presentibus iudice Mateo condam ser Donati, iudice Vito Matronich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique probus vir ser Deodatus condam Nicolai Marino de Curçula ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Pelegrinum, filium suum ... suum verum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa, tam Curçule quam alibi .....

**Pro Marino Radeie contra iudicem Iurchum.** Die penultimo mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Grisano condam ser Martini, Simone Pilar, testibus ... Ibique iudex Iurchus de Dreuenico ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Marino Radeie de Ragusio ... ducatos sex boni auri et iusti ponderis, et hoc pro tignis habitis a dicto creditore .....

**Procura ser Iohannis de Bochina.** Die vltimo mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito Matronich, Toma remerio, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique probus vir ser Iohannes de Bochina de Cherso ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit prouidum virum ser Antonium de Proficis de Cherso ... suum verum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa, tam Vegle quam in eius insula .....

1) Tu je riječ o Ivanu VII. Mlađem Frankapanu (1434—1486), sinu Nikole (Mikule) IV. Frankapana, o kojemu je bilo govora u uvodu ove radnje i u odnosnim bilješkama uz prijepis izvornika.



http://library.foi.hr

S. 437. Protestus domine Marie.

Die secundo mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Iohanne Cigantich, testibus ... Ibique coram ambobus iudicibus comparuit Florius Rossouich, nomine ac vice domine Marie, sororis sue, asserens et dicens qualiter Toma Mocenigo accepit ad laborandum per quinque annos vineam dicte Marie, nunc vero dictam vineam non ligoniçauit nec ligoniçare intendit, quod ipsi Marie in maximum redundat damnum. Idcirco ipse Florus, nomine quo supra, protestatus fuit aduersus prefatum Tomam ...

Pro Simone Pilar contra iudicem Rossum.

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Bartolo Melcherich, Georgio sarotore condam Stefani, Blasio cerdone condam Antonij, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Vitus condam ser Matchi coram ambobus iudicibus dicte Terre Fluminis fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Simone seccatore condam Tome libras octoaginta paruorum, quas dictus Simon prefato iudici Vito dare tenebatur pro saldo et calculo suarum rationum .....

Pro suprascripto Simone contra suprascriptum iudicem Rossum.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Coram ambobus iudicibus dicte Terre Fluminis iudex Vitus condam ser Matchi fuit contentus et confessus se habuisse ac manualiter recepisse a Simone seccatore condam Tome ducatos tresdecim auri et solidos viginti septem, et hoc pro integra solutione et satisfactione medietatis omnium et singularum partium, quas dictus iudex Vitus habuit in duobus molendinis et valchis, positis in loco dicto Ternouiçe sub Ieluo iuxta Coruschi Brdo, pro indiuisso cum fraternitate sancte Marie de Grobinico, venditarum prefato Simoni ab ipso iudice Vito.

Pro domino Iohanne Cichouer contra Emmenricum fabrum.

Die secundo mensis Augusti. In domo infrascripti creditoris, presentibus Vito Mateieuich, Paulo Vidotich, Iusto eius fratre, testibus ... Ibique Emmenricus(!) faber condam Blasij de Modrussa ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere generosso milliti domino Iohanni Cichouer ... ducatos viginti boni auri et iusti ponderis, et hoc pro quadam muralea ab ipso habita .....

Pro Chirino Spinçich contra Deodatum et Iohannem de Curçula.

Die XIJ mensis Augusti. In Terra Fluminis sancti Viti in statione infrascripti Chirini, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Aggabito Diraçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Deodatus condam Nicolai Marino de Curçula et Iohannes condam Alegreti de Curçula, ambo simul et quilibet eorum in solidum, promiserunt dare et consignare Chirino Spinçich de Castua in quouis loco voluerit infra Cregninum et Castuam iuxta litus maris modios ducentos vini musti boni et



http://library.foi.hr

dulcis... ad mensuram Castue, pro foro et precio solidorum triginta octo paruorum pro singula modio, hoc pacto et condicione quod.....

S. 438.

**Pro iudice Nicolao contra Paulum Sperançich.**

Die XIIJ mensis Augusti. In Terra Fluminis sancti Viti in statione infrascripti iudicis Nicolai, presentibus venerabili fratre Alberto, priore monasterij sancti Augustini, iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Iurcho de Dreuenico, ser Valentino Iurlinouich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique cum Albertus Spirançich(!) capitaneus Ledinice scripserit duas literas in sclabonico[1], sigillatas sigillo ipsius Alberti iudici Nicolao Micolich, rogans ipsum quod literas quinque ex istentes in vna schatula, quas apud eum reposuerat, dare debeat Paulo Spirançich, eius affini, idcirco prefatus iudex Nicolaus coram suprascriptis testibus et me notario infrascripto dedit et consignauit predicto Paulo Spirançich suprascriptam schatulam cum predictis literis quinque scriptis in teotonico[2], quarum due habebant duo sigilla pendentia, et due tria, et vna vnum.

**Pro Antonio de Srigne contra Iuanussum.**

Die XV mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Tomasio ligoniçatore, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iuanus Iurieuich, ciuis dicte Terre Fluminis... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Antonio Iuanuseuich de Srigne... ducatos septem boni auri et iusti ponderis nomine mutui... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam vineam, positam in Viçich.

**Pro Paulo condam Pernarti contra Iacobum capelarium.**

Die XVJ mensis Augusti. In littore maris ante Terram Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Blasio macellatore, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iacobus capelarius, ciuis dicte Terre Fluminis... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Paulo condam Pernarti de Cherçschi Grad... libras centum et vnam paruorum nomine mutui.....

**Pro Tomasino contra Agnolum Cristiano.**

Die XVJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, ser Dominico de Fantonis de Florentia, Grisano condam ser Martini, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Agnolus Crestiano(!) habitator Ancone... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Nicolao Tomasini de Vegla, ad presens datiario Bucharici..... ducatos viginti boni auri et iusti ponderis et solidos septem paruorum, et hoc pro saldo et calcullo aliqua-

1) Iz toga navoda vidimo, da je ledenički kapetan Albert Spirančić ta dva pisma napisao hrvatskim jezikom.
2) Tih, pak, pet pisama bilo je pisano njemačkim jezikom.



http://library.foi.hr

rum rationum, pro quibus rationibus nulla erat differentia inter eos sed ambo contentabantur, reseruato iure utrique ipsorum pro alijs rationibus pro quibus est differentia inter eos .....

S. 439.
**Protestus Tomasini.**

Vltrascriptis die ac testibus. In platea Terre Fluminis sancti Viti coram nobili viro ser Vito Matronich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Nicolaus Tomasini prescriptus asserens et dicens ...[1]

**Protestus Iohannis de Curçula.**

Die XVIJ mensis Augusti. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Grisani stacionarij, presentibus prouido viro ser Chirino de Grimanis, iudice Stefano Blasinich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Iohannes condam Alegreti de Curçula asserens et dicens qualiter ser Fortes Antonij de Curçula nauliçauit ser Deodatum Marino de Curçula quod cum suo naugnio venire deberet ad dictam Terram Fluminis prout venit, et ibidem caricare debere remos a galea, et ipsos ferre Rhodum, et ipsum Iohannem misit predictus ser Fortes ad Terram Fluminis predictam ut caricari faceret ipsos remos. Prelibatus autem ser Deodatus ob suum debitum detentus fuit a regimine Castue, vnde ipse Iohannes hoc uidens exegit ac redimit prefatum ser Deodatum, credens ac putans quod vellet remos predicti ser Fortes caricare, prout tenetur. Nunc vero ipse Deodatus, nescit qua ductus causa, non vult prescriptos remos caricare, quod in maximum redundat damnum et detrimentum dicti ser Fortes. Qua propter idem Iohannes, nomine ac vice pretacti ser Fortes ... protestatus fuit aduersus prenominatum ser Deodatum de omni ac singulo damno ac interesse .....

**Procura iudicis Stefani Blasinich.**

S. 440.

Die XVIIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino Santan[1], Prodano de Pago, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Stefanus Blasinich, ciuis dicte Terre Fluminis ..... fecit, constituit, creauit, (S. 440.) et ordinauit Franciscum Barocio, habitatorem Venetiarum ... suum verum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum ab Antonio condam Alegreti Brancho, habitatore Venetiarum, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Pro Georgio Simonich contra abbatem a Prelucha.**

Die XX⁰ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Vito Scholich, Iohanne Coxarich, Iuanusio Çorçeuich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique venerabilis pater Iacobus, abbas sancti Iacobi a Prelu-

1) Tako u izvorniku taj unesak ostao nedovršen.



http://library.foi.hr

cha ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Georgio Simonich ... libras septuaginta paruorum et hoc pro una vinea ab ipso habita .....

**Procura Iohannis Gissi in ser Lodouicum.**

Die XXJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Mauro Vidonich, iudice Stefano Blasinich, omnibus ciuibus et cetera, testibus ... Ibique Iohannes Gissi de Venetijs, patronus vnius marciliane ... fecit, constituit, creauti, et ordinauit Lodovicum Salamonis de Venetijs, habitatorem dicte Terre Fluminis ... suum verum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum in dicta Terra Fluminis quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa ...

**Procura Blasij de Slugne in Franciscum fabrum.**

Die X[0] mensis Septembris. In platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Paulo Vidotich, Floro Rossouich. testibus ad hec uocatis et rogatis. Ibique Blasius condam Georgij de Slugne, sarctor ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Franciscum fabrum, ciuem Terre Fluminis ... suum verum et legitimum procuratorem ... in omnibus et singulis causis, negotijs, placitis, litibus, controuersijs, quas habet siue habiturus est cum quancunque persona in dicta Terra Fluminis ...

**Accordatio famuli pro Nicolao Tamiser.**

**S. 441.**

Die XIJ mensis Septembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Milasino calafato, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Siluester condam Tome de Flumine ... se concordauit (S. 441), et obligauit ad standum cum Nicolao Tamiser de Macorbo, presente et ipsum acceptante, pro sex mensibus proxime futuris. Qui Siluester promisit bene et diligenter seruire ac etiam obedire prefato Nicolao, tanquam patrono suo, toto dicto tempore. Et ipse Nicolaus dare debet eidem Siluestro vitum competentem et ducatos septem boni auri et iusti ponderis, et vnum par caligarum de panno italico .....

**Protestus Nicolai Tamiser.**

Die XVJ mensis Semptembris. Ante portam Terre Fluminis sancti Viti a mari, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Stefano Blasinich, Antonio muratore de Nouilaria, omnibus habitatoribus, dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Vito Matronich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Nicolaus Tamiser de Maçorbo asserens et dicens qualiter ad requisitionem dominorum Arsenatus incliti comunis Venetiarum, et etiam ad requisitionem Chirini Spinçich, ipse venit cum suo naugnio ad Terran Fluminis predictam pro onerando remos dicti Chirini a galea, et quia idem Chirinus non habet remos pro caricando nauignium dicti Nicolai prout tenetur, et ipse Nicolaus iam steterit cum suo



http://library.foi.hr

nauigio XJcim diebus, quod ipsi Nicolao redundat in maximum preiudicium et detrimentum, idcirco ipse Nicolaus ... protestatus fuit contra predictum Chirinum .....

Procura magistri Iacobi in Andream, filium suum

Die XIIJ mensis Octobris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis ser Ançulini Bonfiolo, presentibus magistro Antonio muratore de Nouilaria, Floro Rossouich, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique magister Iacocobus Pellai, medicus de Barulo ... fecit, costituit, creauit, et ordinauit Andream, filium suum ... suum uerum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum a quacunque persona quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa ....

Protestus Chirini Spinçich.

Die XV mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito Barulich, iudice Damiano condam Matei, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Chirinus Spinçich protestatus fuit aduersus Nicolaum Tamiser de Maçorbo de ducatis ducentis auri, si non onerauerit in suo nauignio hoc viagio remos a galea, quos habet Bucharici, pro suo damno et interesse.

Pro Petro Traonat et Martino aurifice contra dominam Passinam.

Die XVIIIJ mensis Octobris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis infrascripte Passine, presentibus iudice Vito Barulich, Iohanne Marnich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique domina Passina, uxor Georgij de Labaco, tanquam plegia dicti viri sui, fuit contenta et confessa se habuisse ac manualiter recepisse a Petro de Allemania et a Martino aurifice, cognatis, milliaria sex et libras quingentas et septuaginta septem ferri, pro precio et foro ducatorum tresdecim pro singulo milliario ...

S. 442.

Testificatio in fauorem Passine et Clare.

Die 19 mensis Octobris. In Terra Fluminis sancti Viti in statione iudicis Nicolai Micolich nobilis vir ser Andreas Possius, testis productus per Georgium de Labaco, coram domino Martino Raunacher, existente vice ac nomine fratris sui, iudicibus et consilio dicte Terre Fluminis, in lite que vertitur inter dominam Passinam et Claram, sorores, parte vna et ser Bartolum Bachinich, tanquam procuratorem nobilis viri ser Anrici de Pissino, consanguinei sui, delato eidem ser Andree sacramento de veritate dicenda, dixit et testificatus fuit qualiter eius mater vendidit domum, quam nunc possidet prescriptus Anricus, cuidam Iohanni aurifabro, qui aurifaber habere valebat ingressum et eggressum ad puteum, qui est in curia, per portam in dicta domo versus curiam existentem, et mater eius nolebat, et sic orta lite inter ipsos generosus milles dominus Hermanus, locumtenes, et dominus Iohannes Çichouer, milles, et consilium dicte Terre Fluminis sententiauerunt quod prefatus Iohannes aurifaber debebat murare prelibatam portam, et sic ipsam clausit cum assidibus.



http://library.foi.hr

**Prouocatio suprascriptarum ad magnificum dominum nostrum.** Vltrascriptis die ac loco. Georgius de Labaco, nomine Passine uxoris sue, et Blasius cerdo, nomine Clare, vxoris condam Martinacij, se prouocauerunt coram iudicibus et consilio Fluminis ad illustrem dominum nostrum pro bonis que ab ipsas petebat Paulus, nomine Ilse uxoris sue, dicentes quod volebant ipsum Paulum expectare diebus duobus in Premo ad respondendum ei coram magnifico domino nostro.

**Pro illustri domino nostro** Nouerint vniuersi ad quos presentes aduenerint qualiter Matea, uxor condam Iurlini hospitis, habitatrix Terre Fluminis sancti Viti promisit et se obligauit dare et soluere illustri et excelso domino domino Bolfamgo de Walsse, domino nostro generosso, ducatos septingentos boni auri et iusti ponderis, quos ducatos VIJC[1] dare restitit Valentinus datiarius, olim filius dicte Matee, in ratione datij facto calcullo, et ipsos ducatos septincento(!)[2] dare et soluere promisit prefeta Matea prelibato illustri domino ad omnem ipsius requisitionem, et prius quam alicui alij (!) creditori. Et ad maiorem cautellam prefati illustris domini pretacta Matea eidem obligauit et pro speciali pignere designauit tam omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura vbicunque existentia, quam bona dicti condam Valentini. Item promisit predicta Matea soluere et satisfacere omnibus et singulis creditoribus dicti condam Valentini quicquid ipsis dare debuit dictus condam Valentinus, hac conuentione addita(!), quod omnia et singula bona tam prefate Matee quam que fuerunt prelibati condam Valentini, que superauerint postquam illustri domino ac alijs creditoribus fuerit satisfactum, ipsa Matea possit et valeat gaudere et vsufructuare quousque vixerit, post uero eius mortem nomine hereditario deuenire debeant prefato excelso domino de Walse absque alicuius contradictione. Actum in terra Fluminis sancti Viti die XXJ mensis Octobris anno domini MCCCCLJ, indictione XIIIJ, presentibus iudice Vito Barulich, iudice Nicolao Micolich, iudice Mateo condam ser Donati, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Rogauit autem prescripta Matea spectabilem virum dominum Iacobum Raunacher, capitaneum dicte Terre Fluminis et iudicem Nicolaum prescriptum, quod sua sigilla pendentia huic litere apponant ipsis .....

Ego Antonius et cetera.

**Pro presbitero Alexandro contra Ançe Schuben.** Die VIJ mensis Nouembris. In terre Fluminis sancti Viti in domo domini presbiteri Gasparis, plebani, presentibus ipso presbitero Gaspare, Bartolo Melcherich, Nicolao condam iudicis Pauli, omnibus habitatoribus dicte TerreFluminis, testibus. Ibi-

1) Tako na tom mjestu pisano u izvorniku za »ducatos septingentos«.
2) Tako u tekstu na tom mjestu »septincento« (!) mjesto »septingentos«.



http://library.foi.hr

que Iohannes Schuben de Lach fuit contentus et confessus habuise ac recepisse a presbitero Alexandro, filio, Viti sarctoris, ducatos triginta boni auri et iusti ponderis et hoc pro parte solutionis debiti ducatorum sexaginta, quos dare tenebatur suprascriptus Vitus, pater dicti presbiteri Alexandri, predicto Iohanni Schuben...

**Pro ser Iohanne de Rauena contra Chirinum Spinçich. S. 443.**

Die nono mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus nobili viro Bartolo Bachinich, iudice Tonsa condam ser Nicole, Vito sarctore condam Georgij, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Chirinus Spinçich de Castua, ciuis dicte Terre Fluminis... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere probo viro ser Iohanni de Rauenna, ciui Iustinopolitano .. ducatos tresentos boni auri et iusti ponderis, et hoc pro mercancijs habitis a dicto creditore..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligaut et pro speciali pignere designauit domum suam totam et integram, in qua habitat, sitam in dicta Tera Fluminis iuxta pallatium magnifici ac potentis domini domini de Walssee(!).

**Pro Chirino Spinçich contra Iacobum de Grobinico.**

Die XIJ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati. Iohanne Coxarich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus. Ibique Iacobus Tolen de Grobinico... dare et consignare promisit Chirino Spinçich, habitatori dicte Terre Fluminis, in Luche iuxta Fluuium a latere Cersati assides seccaticias ducentas...

**Pro suprascripto Chirino contra prescriptum Iacobum.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iacobus Tolen de Grobinico... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich, habitatori dicte Terre Fluminis,... libras decem et octo et solidos tres paruorum, et hoc pro saldo et calcullo omnium saurum rationum...

**Procura Iohannis Gissi in ser Lodouicum de Venetijs.**

Die XIIIJ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Andrea balistario, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iohannes Gissi de Venetijs, patronus vnius marciliane... fecit, constituit, creauit, et ordinauit ser Lodovicum Salamonis de Venetijs... suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa.....

**Accordatio famuli pro Christoforo lapicida de Beruono.**

Die XIIIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminsi sancti Viti presentibus Prodano condam Radeni, Georgio sarctore condam Stefani, Dominico carpentario de Iadra, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Greschus con-



http://library.foi.hr

dam Iohannis de Poiana ... se obligauit et concordauit ad standum cum magistro Christoforo lapicida de Breuono[1] octo annis proxime futuris, his pactis et conditionibus quod ...

S. 444.
Pro iudice Nicolao et Paulo Lustalar.

Die XV mensis Noembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Rafaele de Fossambruno, Lodouico Salamonis de Venetijs, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Paulus Lustalar de Labaco talem fecit conuetionem et pactum cum iudice Nicolao Micolich, videlicet quod dictus Paulus accipere debet ab ipso ad omne sui libitum milliaria sex olei clari et mercimonialis pro precio ducatorum triginta sex auri pro singulo milliario. Pro qua quidem olei quantitete predicus Paulus prelibato iudici Nicolao dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis tantum ferrum bonum de Ospergo pro precio ducatorum tresdecim pro singulo milliaro, quantum ascendat ad valorem suprascripte quantitatis olei, inter quod ferrum debent esse milliaria quinque splagiarum, hac condicione addita quod .....

Pacta Antonij de Firmo et Pauli Lustalar.

Die XVJ mensis Nouembris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis ser Ançulini Bonfiolo de Florentia, presentibus ipso ser Ançulino, Rafaele de Fossambruno, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Paulus Lustalar de Labaco ... fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse ab Antonio Nicolai domini Antonij de Firmo ducatos centum auri. Pro quibus ducatis centum dare debet ferrum bonum de Ospergo pro ducatis duodecim auri pro singulo milliario, item debet accipere prefatus iudex Paulus a dicto Antonio milliaria duodecim olei clari et mercimonialis pro precio ducatorum triginta quatuor auri pro singulo milliario, ex quibus milliarijs duodecim dictus Paulus fuit confessus iam habuisse ac recepisse a predicto Antonio milliaria tria et çabros sex et metrum vnum olei. Pro qua quidem olei quantitate dictus Paulus dare et consignare promisit dicto Antonio in dicta Terra Fluminis tantum ferrum bonum de Opsergo pro precio ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario, quantum ascendat ad valorem suprascripte quantitatis olei......

Procura ser Iohannis de Barnis.

Die XXIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Teodoro condam Dominici, Iohanne Coxarich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes, filius circumspecti millitis domini Nicolai de Barnis, habitatoris dicte Terre Fluminis, tanquam procurator et rerum gestor dicti patris sui, ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit iudicem Stefanum Blasinich ... suum uerum et legitimum procuratorem ... presertim ad axigendum et recuperandum quic-

1) Tako u tekstu »de Breuono«, a in margine istog uneska »de Beruono«.



http://library.foi.hr

quid dicto domino Nicolao teneretur Iacobus Sommer de Labaco quacunque ex causa...

**Protestus iudicis Iacobi Micolich.**

Die XXV mensis Nouembris. In Barbacano Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Stefano Blasinich, ser Georgio Ruseuich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobilibus viris ser Mateo condam ser Donati et ser Vito Matronich, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit prudens vir ser Iacobus
S. 445. Micolich, ciuis dicte (S. 445) Terre Fluminis, asserens et dicens qualiter emit a probo viro ser Dionisio Iohannis Marcucij de Antona certam olei quantitatem, quam ipsi dare et consignare tenebatur per totum mensem Octobris proxime preteritum in littore maris dicte Terre Fluminis...[1]

**Procura Pauli de Otocacio.**

Die primo mensis Decembris. In castro Cregnini in pallatio magnificorum dominorum comitum Segne, presentibus Tomasino de Vegla, diacone (!) Antonio Repelgich[2] de Flumine, Andrea Seualich de Cregnino, testibus... Ibique Paulus condam Iohannis Bischopiach de Otacio(!)[3]... fecit, constituit, creauit, et ordinauit iudicem Mateum de Bucharo... suum uerum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum a Chirino Spinçich de Castua quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

**Procura Chirini Spinçich.**

Die secundo mensis Decembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito Barulich, iudice Tonsa condam ser Nicole, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Chirinus Spinçich de Castua... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Paulum condam Iohannis Bischopiach de Otocacio... suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum a Martino Verbanich de Steninsschiach ducatos sexaginta vnum auri, quos dicto constituenti dare tenetur.....

**Pro Andrea balistario contra Teodorum.**

Die tercio mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Suetina de Lippa, Iohanne Babich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Teodorus condam Dominici... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Andree balistario condam Iohannis... libras vigintiquinque et solidos quinque paruorum et hoc pro vino habito a dicto creditore...

1) U izvorniku taj unesak ostao nedovršen.
2) Tako na tom mjestu, dok drugdje u izvorniku to prezime nalazimo pisano »Repeglich«.
3) Omaškom mjesto »Otocacio«.



http://library.foi.hr

**Pro suprascripto Andrea contra Teodorum. S. 446.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Teodorus condam Dominici ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Andree balistario condam Iohannis ... (S. 446.) libras vigintitres paruorum nomine mutui ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designaut suum ortum ad Sanctum Andream .....

**Pro Elisabeth contra Stefanum fornarium.**

Die nono mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Petro Glauinich, Ambrosio Radolich, Vito sarctore condam Georgij, testibus ... Ibique Stefanum clibanarius condam Tome de Çasma ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Elisabeth, uxori condam Pauli Diussine ... libras quinquaginta paruorum, et hoc pro vna domo habita a dicta creditrice ...

**Pro Iohanne marangono de Curçula contra Andruschum de Çupano.**

Die nono mensis Decembris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo domini presbiteri Gasparis plebani, presentibus ipso domino plebano, presbitero Alexandro, filio Viti sarctoris, Toma remerio de Bucharo, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Andruschus condam Tonchi de Çupana sub Ragusio[1] ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iohanni Michaelis de Çurcula, marangono et calafato ... ducatos sexdecim boni auri et iusti ponderis nomine mutuj(!) .....

**Protestus Antonij de Firmo.**

Die XIIIJ mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito sarctore condam Stefani, Ambrosio Dolinich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobilibus viris ser Mauro Vidonich et ser Vito Barulich, at presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit Antonius Nicolai domini Antonij de Firmo, tanquam nuncius Albertacij de Florentia, asserens et dicens qualiter dictus Albertacius nomine ac vice Francisci Barbadoro, dedit et consignauit ipsi Antonio vegetes decem et septem ab oleo, quas commisit dare et designare ser Antonio Simonis de Pisauro in dicta Terra Fluminis, et quod quamquam ipse Antonius de Firom pluries ac pluries scripserit predicto ser Antonio quod veniat uel mittat aliquem cui consignet suprascriptas vegetes aut alicui committat in dicta Terra Fluminis qui accipiat ipsas vegetes, prescriptus ser Antonius tamen semper refutauit ac refutat acceptare suprascriptas vegetes, dicens quod non vult ipsas acceptare nisi habeat naulum pro ipsis vegetibus. Quapropter ipse Antonius de Firmo, tanquam nuncius dicti Albertacij vice ac nomine predicti Francisci, potestatus fuit contra prescriptum ser Antonium ...

1) To je otok Šipan kod Dubrovnika. Na tom mjestu pisano »de Çupana«, a in margine »de Çupano«.



http://library.foi.hr

**Procura Antonij de Firmo in ser Ançelinum.**

Die XVJ mensis Decembris. In littore maris ante portam Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Rafaele de Fossambruno, Bartolomeo Matiucij de Firmo, ambobus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Antonius Nicolai domini Antonij de Firmo ... fecit constituit, creauit, et ordinauit ser Ançelinum Bonfiolo ... suum verum et legitumum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum a iudice Paulo Lustalar de Labaco quicquid dicto costituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Procura suprascripti Antonij in Blasicam.**

Vltrascriptis de, loco ac testibus. Suprascriptus Antonius Nicolai ..... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Blasium cerdonem condam Antonij ... suum verum et legitimum procuratorem, .... presertim ad exigendum et recuperandum a Iohanne Gisso de Venetijs, patrono vnius marciliane, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

S. 447.

**Procura ser Bartolomei Treuisano.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ser Bartolomeus Treuisano de Venetijs, ad presens habitator dicte Terre Fluminis ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit ser Lambertum Iacobi de Arimino ... suum uerum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa in dicta Terra Fluminis .....

**Pro Blasio bechario contra ser Bartolomeum Teruisano.**[1]

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus iudice Vito Barulich, ser Prodano de Pago, testibus ... Ibique ser Bartolomeus suprascriptus fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Blasio bechario condam Georgij, ciue dicte Terre Fluminis, certam quantitatem sepi in vno caratelo ponderis, cum caratelo, librarum sexcentarum et quadraginta nouem, pro precio et foro librarum duodecim cum dimidio pro singulo centenario sepi ...

**Locatio vinee Simonis de Dreuenico.**

Die XXJ mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Machagnano, Luca Oslich, Stefano Cernolich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Simon de Dreuenico, ciuis dicte Terre Fluminis ... dedit, tradidit atque locauit Radoje de Srigne quousque ipse Radoia uixerit vnam vineam in Recice, que fuit Georgij Dreueçe his pactis et condicionibus, quod ipse Radoia quousque uixerit bene et diligenter laborare debeat dictam vineam, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis, et in ipsa prouennas facere prout decens est, et teneatur ac debeat dictus Radoia omni anno annuatim procensu dicte vinee dare et consignare prescripto Simoni terciam partem oliuarum collectarum et nil aliud .....

1) Tako na tom mjestu, a u pređašnjoj ispravi u tekstu i in margine »Treuisano«.



http://library.foi.hr

**Pro Iohanne Vicarich contra Marinum Chocianich de Los.**

Die XXIJ mensis Decembris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo domini presbiteri Gasparis plebani, presentibus ipso presbitero Gaspare, ser Iohanne de Sancto Seuero, testibus . . . Ibique Marinus Quocianich(!) de Los . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Iohanni, filio generosi millitis domini Nicolai de Barnis . . . vice ac nomine dicti patris sui, ducatos quatuor boni auri et iusti ponderis, et libras quatuor paruorum, et hoc pro oleo habito a dicto creditore . . .

**Pro me Antonio cancellario.**

In Christi nomine. Amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCCLJJ[1], indictione XV, die XXIIJ mensis Decembris in stuba illustrium dominorum nostrorum de Valsse et cetera, per spectabilem virum dominum Iacobum Raunacher, capitaneum, iudices et consilium, volentes in quantum posunt suprascriptorum dominorum mandatis obedire, ceperunt talem partem, nemine discrepante, videlicet quod ab hodie in futurum ego Antonius[2], cancelarius, tenere[3] datium mensure vini et habere[4] pro labore exigendi ipsum datium vnum solidum pro libra. Et si ipsum datium tenere nollem, quod quincunque tunc tenuerit dictum datium, nomine comunis, siue ipsum emerit, tenatur et debeat michi(!) respondere pro ipso datio de tribus in tribus mensibus pro rata, absque alicuius contradictione, quousque michi integre fuerit satisfactum, et quod nullo modo iudices aut consilium supra scriptam[4] possint nec valeant aliquem de dictis denarijs expendere neque de ipsis aliter disponere. Quam partem iudices qui sunt et erunt teneantur et debeant per sacramentum quod fecerunt dominis nostris et huic comuni facere inuiolabiliter obseruari.

S. 448.

**Pro Bartolomeo Matiucij de Firmo et Leonardo de Ca(m)enich.**

In Christi nomine. Amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCCLIJ, indictione quintadecima, die nono mensis Ianuarij in Terra Fluminis sancti Viti in statione infrascripti Grisani, presentibus ser Dominico de Fantonis de Florentia, Grisano condam iudicis Martini, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Leonardus de Stayn fuit contentus et confessus se emisse a Bartolomeo Matiucij de Firmo milliaria nouem olei clari, his pactis et conditionibus, videlicet quod pro ducatis ducentis auri, quos ipse Leonardus dicit se habere in manibus Antonij Iacobi condam Marcelini Ancone per manus iudicis Matei condam ser Donati in prompta pecunia, quos ducatos ipse Leonardus vult dari facere ipsi Bartolomeo. Dictus Leonardus habere debeat oleum pro precio ducatorum triginta quinque auri pro singulo milliario, et teneatur ac debeat dictus Bartolomeus

1) Tako u izvorniku s dva »J« na kraju.
2) Iz toga se vidi da je sastavljač i pisar ovog kodeksa Antun Franjin de Renno de Mutina pored dužnosti općinskog kancelara i notara, dobio i pravo pobiranje daća.
3) Tako u izvorniku »*quod* . . . ego Antonius . . . *tenere* . . . et *habere* . . .« mjesto »quod . . . ego Antonius . . . tenerem . . . et haberem . . .«.
4) Iza »suprascriptam« u tekstu ispušteno »*partem cassare*« ili »*abolere*«.



http://library.foi.hr

prelibatum Iacobum[1] Antonium[1] Iacobum[1] petere dictos ducatos ducentos, et ipsi Leonardo responsum dare pro ipsis ducatis. Pro residuo vero dicte quantitatis olei dictus Leonardus dare debet ferrum de Ospergo et consignare in dicta Terra Fluminis ipsi Bartolomeo ... pro precio tresdecim ducatorum auri pro singulo milliario, et recipere oleum pro precio ducatorum triginta octo auri pro singulo milliario .....

**Procura Leonardi de Chamenich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus, Leonardus de Stayn ... fecit constituit, creauit, et ordinauit iudicem Tonsam condam ser Nicole ... suum uerum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto costituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa a quauis persona ...

**Pro suprascripto Leonardo**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus presbitero Iohanne Suselich de Flumine, Bartolomeo Matiucij de Firmo, testibus ... Ibique Leonardus de Stayn voluit et ordinauit, quod omnes et singulas pecunie quantitates, quas iudex Tonsa et exigeret siue recuperaret a quauis persona, tanquam eius procurator, ipse Tonsa dare et numerare debeat ser Dominico de Fantonis de Florentia et Grisano condam iudicis Martini siue alteri ipsorum.

**Pro Iohanne Vicarich contra prescriptum Leonardum. Protestus.**

Die nono mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Tonsa condam ser Nicole, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Mauro Vidonich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit nobilis iuuenis Iohannes, filius generossi(!) millitis domini Nicolai de Barnis, asserens et dicens qualiter Leonardus de Stayn tenetur ipsi dare et consignare in dicta Terra Fluminis sex milliaria ferri, pro quibus iam ipsi soluit, quamuis terminus iam duobus mensibus sit elapsus quod dare debebat dictam ferri quantitatem, et iudices preceperunt ipsi Leonardo quod non deberet recedere a dicta Terra Fluminis quousque ipsum Iohannem non contentaret pro suprascripta ferri quantitate, tamen ipse Leonardus nichil fecit, ymo(!) alijs qui postmodum fecerunt forum cum dicto Leonardo dedit ferrum, sed ipsi Iohanni, a quo solutum fuit ipsi Leonardo, dare noluit. Idcirco ipse Iohannes prefato Leonardo equitanti extra dictam Terram Fluminis dixit: »Leonarde, ego protestor tibi quod postquam non dedisti michi sex milliaria ferri pro quibus tibi solui, ego nolo accipere illa decem milliaria ferri que michi dare promisisti ... et pro quibus tibi dare promisi centum et triginta ducatos«. Et hoc pre-

1) Tako u izvorniku na tom mjestu »Iacobum Antonium Iacobum«, premda gore u tekstu iste isprave za imenovanog stoj »in manibus Antonij Iacobi condam Marcelini«.



http://library.foi.hr

sentibus ser Domenico de Fantonis de Florentia et Prodano condam Radeni de Pago, ambobus habitatoribus dicta Terre Fluminis, testibus...

S. 449.
Pro Osualdo de Lach contra iudicem Maurum.

Die X^q^ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Nicolao Micolich, ser Georgio Glauinich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis,, testibus... Ibique iudex Maurus Vidonich... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Osualdo de Lach, molendinario... ducatos nouem boni auri et iusti ponderis, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent usque ad presentem diem...

Protestus iudicis Iurchi.

Die XJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Cipriano Faricich, Paulo Vidotich, testibus... Ibique coram nobili viro ser Vito Barulich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit iudex Iurchus de Dreuenico asserens et dicens qualiter mutuauit vnum ducatum Georgio Glada ut debeat ipsi maçinare oliua ad sui libitum, nunc vero dictus Glada incepit ipsi maçinare aliquas oliuas, et non vult omnes maçinare nec dare ipsi amurcam, quod ipsi iudici Iurcho redundat in maxinum(!).[1] Idcirco protestatus fuit aduersus prefatum Gladam, presentem, de ducatis triginta auri.

Pro Dominico de Fantonis contra Bartolomeum Matiucij de Firmo.

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Grisano condam iudicis Martini, Gregorio condam Matei de Modrussa, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique cum ser Dominicus de Fantonis dare et soluere promisit Rafaeli de Fossambruno ducatos triginta auri usque ad XX dies proxime futuros pro Bartolomeo Matiucij de Firmo, precibus ipsius Bartolomei, idcirco ipse Bartolomeus promisit dictum ser Dominicum seruare indemnem, insuper dedit ei libertatem quod elapso dicto termino possit vendere tantum de bonis dicti Bartolomei si reperientur in dicta Terra Fluminis, quod ascendat ad suprascriptam quantitatem ducatorum triginta.

Pro suprascripto Bartolomeo contra Nicolaum de Candia.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Nicolaus de Candia promisit seruare indemnem Bartolomeum Matiucij de Firmo pro ducatis triginta auri, quos ipse pro eo dare promisit Rafaeli de Fossambruno, insuper dedit ipsi Bartolomeo et ser Dominico de Fantonis siue alteri ipsorum, quod possint bona dicti Nicolai existentia retinere et vendi facere ad publicum incantum elapsis viginti diebus pro satisfactione dictorum ducatorum triginta.

1) Tako grješkom u izvorniku »maxinum« mjesto »maximum«. Suviše ispuštena omaškom iza toga riječ »damnum« ili »detrimentum«.



http://library.foi.hr

**Pro Iohanne Babich contra iudicem Mateum Donadouich.** Die XIJ mensis Ianuarij. Ante portam Terre Fluminis sancti Viti a mari, presentibus domino presbitero Gaspare plebano, iudice Damiano condam Matei, testibus . . . Ibique iudex Mateus condam ser Donati . . . promisit Iohanni Babich quod a die Dominico proxime futuro usque ad XV dies tunc immediate sequentes ipse dabit et numerabit ser Ançulino Bonfiolo ducatos duodecim auri pro dicto Iohanne, hac condicione quod . . . . . .

**Pro presbitero Vito Scholich contra Mateum Choceuiar.** Die XIIJ mensis Ianuarij. In Barbachano Terre Fluminis sancti Viti. Constitutus Mateus Choceuiar, habitator Labaci, coram nobilibus viris ser Mauro Vidonich, ser Vito Barulich, ad presens iudicibus dicte Terre Fluminis, et consilio dicte Terre Fluminis, dixit, asseruit, et confessus fuit qualiter recepit a presbitero Vito Scholich ducatos viginti octo auri et solidos decem et octo, quos ipsi dare tenebatur pro ferro a predicto Mateo habito, uti constat . . .

**Testificato pro suprascrito presbitero Vito Scholich.** Vltrascriptis die ac loco. Coram suprascriptis dominis constitutus iudex Iurchus de Dreuenico, testis productus per presbiterum Vitum Scholich, in lite quam habet cum Mateo Choceuiar, dixit, ac testificatus fuit qualiter iam duobus annis elapsis et plus ipse portauit vna cum dicto presbitero Vito Scholich, qui ipsum rogauit quod secum accederet ad domum magistri Sigismundi aurificis, aliquos solidos prefato Mateo, qui come debat in dicta domo, et tunc prefatus presbiter coram ipso teste dixit: »Ecce hic sunt denarij quos dedisti pro instrumento, ideo da michi instrumentum postquam tibi est satisfactum«. Qui Mateus respondit: »Ego nolo quia volo habere illud quod in ipso instrumento continetur«. Et sic relictis ipsis solidus super
**S. 450.** mensa dicti magistri (S. 450.) Sigismundi aurificis prelibato Mateo ipse testis simul cum prefato presbitero Vito illinc recesserunt, et aliud dixit se nescire.

**Pro Dominico de Fantonis.** Die XVIIIJ mensis Ianurij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti. Coram nobili viro ser Mauro Vidonich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, constituti Vitus sarctor, ad presens satnichus, et Rafael de Fossambruno, qui missi fuerant a regimine dicte Terre Fluminis, dixerunt ac retulerunt prescripto domino iudici qualiter ipsi accesserunt cum ser Dominico de Fantonis de Florentia ad iudicem Nicolaum, et interogauerunt pro quo precio vellet vendere oleum in prompta pecunia, qui iurando per fidem suam dixit, quod nollet dare pro minori precio quam pro triginta tribus ducatis auri. Deinde accesserunt ad Franciscum de Fano, et interrogauerunt eum similiter, qui respondit, quod non libenter daret pro triginta tribus ducatis auri. Deinde accesserunt ad Iacobum Maliuanich, et interogauerunt eum similiter, qui respondit, quod non daret oleum pro minori precio quam pro triginta sex ducatis auri pro prompta pecunia.



http://library.foi.hr

**Pro iudice Nicolao contra Nicolaum Çopich.** Die XXVIJ mensis Ianuarij. In statione infrascripti creditoris, presentibus iudice Mauro Vidonich, Floro Rossouich, testibus... Ibique Nicolaus Schabich... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich... libras triginta sex paruorum nomine mutui...

**Pacta Chirini Spinçich et domine Matee Iurlinoue.** Die XXVIJ mensis Ianuarij. In domo habitationis infrascripte domine Matee, presentibus iudice Vito Matronich, Vito sarctore condam Georgij, Nicolao Tomasini de Vegla, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique domina Matea, uxor condam Iurlini et Chirinus Spinçich, cum voluntate et consensu Martini filij sui, tale fecerunt pactum et conuetionem simul, videlicet quo pro tempore quo predictus Martinus stetit cum predicta domina Matea et eius filio temporibus retroactis, et pro labore quem nunc prefatus Chirinus et Martinus, eius filius, patientur in exigendo debita dicte domine Matee et Valentini, condam eius filij... dicta domina Matea debeat ipsis satisfacere, et si non possent esse concordes simul, quod tunc et eo casu dicta domina Matea debeat eligere duos homines et prefatus Chirinus siue Martinus, eius filius, alios duos, qui debeant ipsos concordare, et quicquid dicti quatuor electi terminabunt firmum et ratum sit.

**Pro Laurentio Labutich contra Iohannem de Clana.** Die XXVIIIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti; presentibus Michaele Obadich, Blasio de Berberio, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iohannes condam Georgij de Clana, tanquam plegius et fideiussor Ambrosij Cobotniça de Bucharo promisit edificare domum..... Laurentio Labutich, quam ipsi combussit,..... et soluere ipsi Laurentio omnes et singulas massaricias et res, que in dicta domo combuste sunt..... hac condicione et pacto quod.....

**Protestus Tomasini.** Die quarto mensis Februarij. In publica platea Terra Fluminis sancti Viti, presentibus Floro Rossouich, Mateo barbitonsore, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram ambobus iudicibus comparuit Nicolaus Tomasini de Caldana asserens et dicens, qualiter obtinuit Cregnini vnam sententiam contra iudicem Damianum condam Matei de Iadra de libris ducentis et ducatis decem, nunc vero ipse Damianus contradixit incantui pignerum que ipsi designauerat, quapropter iam pluribus diebus stetit in dicta Terra Fluminis ut habeat finem, quod ipsi redundat in maximum preiudicium et damnum, idcirco dictus Nicolaus Tomasini... protestatus fuit contra prelibatum iudicem Damianum...

**S. 451.**
**Protestus Chirini Spinçich.** Die septimo mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Floro Rossouich, Toma remerio, testibus... Ibique coram ambobus iudicibus[1] Chirinus Spinçich asserens

1) Na tom mjestu u tekstu iza »iudicibus« ispuštena riječ »comparuit«.



http://library.foi.hr

et dicens qualiter ipse dedit suum ortum, positum sub Castua, qui fuit plebani[1], iudici Vito Matronich pro pignere pro quadam plegiaria facta pro Paulo Mortatich pro vna condemnatione librarum quinque, idcirco protestatus fuit contra prefatum Paulum ...

**Finis pro Rafaele de Fossambruno.**

Die octauo mensis Februarij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione infrascripti ser Dominici de Fantonis de Florentia, presentibus ipso ser Dominico, ser Ançulino Bonfiolo de Florentia, ser Lodouico Salamonis de Venetijs omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique nobiles viri ser Maurus Vidonich, ser Vitus Barulich, ad presens honorabili iudices dicte Terre Fluminis vna cum iudice Nicolao Micolich, nomine ac vice comunitatis dicte Terre Fluminis, per se et suosque successores, fecerunt finem, dimissionem, et quietationem ser Rafaeli de Fossambruno ... de omni ac singulo debito ac omni et singula re et actione, ad que prefatus ser Rafael teneretur siue teneri posset dicte comunitati tam occasione frumenti et farine dicte comunitatis quam alia quacunque causa usque ad presentem diem.

**Pro iudice Mateo contra Laurentium Prasnovrechie.**

Die XVIJ mensis Februarij. In Terra Fluminis sancti Viti, presentibus Vito sarctore condam Georgij, Veneciano de Cregnino, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Laurentius Prasnovrechie de Lach fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse in duabus vicibus tantum oleum quantum ascendit ad valorem ducatorum decem et nouem auri a iudice Mateo condam ser Donati.

**Pro Bartolomeo de Firmo contra Iacobum Sommer.**

Die XIIJ mensis Februarij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Grisani stacionarij, presentibus ipso Grisano, iudice Mateo condam ser Donati, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Sommer de Labaco ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Bartolomeo Matiucij de Firmo ... milliaria nouem ferri boni et mercimonialis. Que quidem milliaria nouem ferri dictus Iacobus, creditor, dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis predicto Bartolomeo .....

**Pro Bartolomeo de Firmo contra Iacobum Chuchar de Labaco.**

Vltrascriptis die ac loco. In statione ser Lodouici Salamonis de Venetijs, presentibus ipso ser Lodouico, Iacobo Sommer de Labaco, testibus ... Ibique Iacobus Chuchar de Labaco ... fuit, contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Bartolomeo Matiucij de Firmo ... ducatos centum et quinquaginta duos boni auri et iusti ponderis, et hoc pro oleo et croco habitis a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate predictus

1) Tako u tekstu »cui (scil. ortus) fuit plebani«, bez naznake imena tog »plebani« (župnika).



http://library.foi.hr

Iacobus dicto Bartolomeo dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis tot pelles magnas, videlicet chorios bonos et mercimoniales pro precio ducatorum quatuor auri cum vno quarto pro singulo centenario ponderis librarum dictarum pellium . . . hac condicione addita, quod . . . . .

**Pro Chirino Spinçich contra Martinum Stenisichiach.**

Die XVIII mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Agabito Contouich, Blasio cerdone condam Antonij, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Martinus Verbanich de Stenisichiach, fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinsich . . . . . ducatos tres boni auri et iusti ponderis, et hoc pro testoiaço habito a dicto creditore hodie. . . . . .

**Pro Iuriça de Arbo contra Tomasinum.**

Die XXJ mensis Februarij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Grisani condam iudicis Martini, presentibus dicto Grisano, Martino condam Iacobi, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Nicolaus Tomasini de Caldana de Vegla fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Georgio condam Iohannis de Arbo ducatos viginti quinque auri pro parte solutionis lignaminis, quod dictus Georgius ab ipso Nico-
S. 452. lao accepit ad societante(!)[1] mali et boni, (S. 452.) his condicione et pacto, quod . . . . . .

**Compromissum domine Ilse et dominarum Passine et Clare.**

Die XXIIJ mensis Februarij. In stuba castri magnificorum nostrorum[2] in Terra Fluminis sancti Viti, presentibus testibus iudice Mauro Vidonich, iudice Vito Barulich, iudice Nicolao, iudice Nicolao[3] Micholich, fratribus, iudice Vito Matronich. Ibique domina Ilsa, uxor Pauli de Crupa, ibidem presentis et consentientis, parte vna, et Georgius de Labaco, nomine ac vice domine Passine, uxoris (sue), et domina Clara, uxor condam Martini Çaninich, parte altera, sponte promiserunt et compromiserunt in spectabilem ac generosum virum dominum Iacobum Raunacher, capitaneum dicte Terre Fluminis, tanquam in arbitrum, arbitratorem, et amicabilem compositorem in lite ac diferentia quam dicte parte simul habent siue habere possent occasione hereditatis bonorum condam Nicolai, fratris dictarum Passine et Clare, promittentes dicte partes perpetuo ratum, firmum, et gratum habere et tenere quicquid per prefatum dominum Iacobum actum, dictum, sententiatum, et terminatum fuerit.

1) Tako u izvorniku grješkom »ad societante«. Do te grješke je došlo usljed toga što je znak kratice krivo stavljen nad slogom »ta« mjesto nad slogom »te« riječi »societatem«.

2) Ispred »nostrorum« ispuštena u izvorniku riječ »dominorum«.

3) To »Nicolao« na tom mjestu u izvorniku grješkom mjesto »Iacobo«, kao što vidimo iz slijedeće isprave (vidi tamo).



http://library.foi.hr

**Sententia supra-scriptarum mulierum.** Vltrascriptis die ac loco. Spectabilis ac generorus vir dominus Iacobus Raunacher, capitaneus dicte Terre Fluminis, tanquam arbitrer, arbitrator, et amicabilis compositor, electus per dominam Ilsam parte vna agentem, et per Georgium de Labaco, vice ac nomine domine Passine, uxoris sue, et per Claram, uxorem condam Martini Saninich, parte altera, se defendentes occasione bonorum condam Nicolai, filij dicte Ilse et fratris dictarum Passine et Clare, sedens cum nobilibus viris ser Mauro Vidonich, ser Vito Barulich, ad presens iudicibus dicte Terre Fluminis, iudice Nicolao, iudice Iacobo Micolich, fratribus, iudice Vito Matronich, consiliarijs dicte Terre Fluminis, dixit, terminauit, et sententiauit, quod prefati Georgius et Clara dare et soluere debeat dicte Ilse libras triginta duas usque ad festum Pentecostes proxime futurum, et quod dicta Ilsa nunquam petere possit bona dicti condam Nicolai, et quod dicta bona sint et esse debeant prefatarum Passine et Clare, sororum, et de ipsis bonis suam omnimodam facere possint voluntatem tanquam de bonis proprijs, imponens perpetuum scilentium prelibate Ilse occasione bonorum dicti condam Nicolai.

**Protestus Francisci Cichareli. Publicatum. Solutum.** Die sexto mensis Marcij. Ante portam Terre Fluminis sancti Viti a mari, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Vito sarctore condam Georgij, Fabiano Sirognich, omnibus ciuibus dicte Tere Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro domino Mauro Vidonich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Franciscus Cichareli de Ortona asserens et dicens qualiter circumspectus milles dominus Nicolaus de Barnis ipsi tenebatur conducere suis expensis ad portum Ortone quingentas seccaticias et viginti vegetes usque ad terminum iam diu elapsum, quod minime factum est, ymo quod peius est ducentas seccaticias ex suprascriptis quingentis seccaticijs, quas ipsi dedit Grisanus condam iudicis Martini, prelibatus dominus Nicolaus portauit Pisaurum, quam ob rem dictus Franciscus maximum patitur et passus est damnum et detrimentum, idcirco prefatus Franciscus... protestatus fuit contra predictum dominum Nicolaum.....

**Pro domino arcidiacono Fluminis et plebano.** Die nono mensis Marcij. In sacristia ecclesie sancte Marie, presentibus presbitero Antonio Vissignich, presbitero Vito Scholich, presbitero Alexandro, omnibus canonicis dicte Terre Fluminis, testibus ad hec uocatis et rogatis...[1]

S. 453.
**Procura Georgij cerdonis.** Die XI mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Petro Glauinich, Georgio sarctore condam Stefani, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Georgius cerdo de Otacio, ciuis dicte Terre Fluminis... fecit

1) Ta isprava tako u izvorniku ostala nedovršena.



http://library.foi.hr

constituit, creauit, et ordinauit Andream Grando, habitatorem ciuitatis Vegla... suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa, tam in ciuitate Vegle quam in eius insula.....

Locatio vinee Marci Cersatich.

Die XIJ mensis Marcij. Iuxta domum Fraternitatis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Toma Mocenigo, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Marcus Cersatich dedit, tradidit, et locauit ad laborandum Stefano Clibanario de Sagabria, ibidem presenti, vnam suam vineam, positam in Coxala ad Reuigne, his pactis et condicionibus, quod.....

Procura domine Catarine, uxoris ser Dominici de Fantonis.

Die XVJ mensis Marcij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo infrascripte constituentis, presentibus Bartolo Misuli, Grisano condam iudicis Martini, Vito sarctore condam Stefani, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique nobilis mulier domina Catarina, uxor prouidi viri Dominici de Fantonis de Florentia... fecit, constituit, creauit, et ordinauit probum virum Iacobum Aghiniti de Florentia, fratrem suum, et Mateum Binocij de Florentia... suos veros et legitimos procuratores... presertim nominatim ad vendendum et allienandum cui et quibus, et pro eo pretio et pretijs prout dictis procuratoribus videbitur et placebit, omnem et omnes et singulas fiorenorum auri et pecunarum quantitates et summas et partem ipsarum, cum pagis et sine, et tam substentas quam non, dicte constituenti tam debitis quam debendis, et in quibus et super quibus dicta constituens habet aliquam condicionem uel condiciones uel sibi quomodolibet spectantes et pertinentes, et in quibus reperitur aut reperiretur creditrix comunis Florentie uel super eis haberet aliquod ius uel condicionem, et in quibuscunque libris quorumcunque montium comunis predicti, quibuscunque nominibus nuncupentur, et cuiusmodi precium recipiendum et se habuisse ac recepisse confitendum.....

S. 454. Procura Bartolomei Matiucij de Firmo in Grisanum.

Die XVJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Alexandro, iudice Nicolao Micolich, Mateo barbitonsore, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Grisanum condam iudicis Martini... suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum in dicta Terra Fluminis quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa......

Procura Iacobi Binocij in Mateum, eius fratrem.

Die XVIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Mateo condam ser Donati, Bernardo de Ranaldis[1] de Florentia, Martino Spinçich, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iacobus Binocij de Florentia, ad presens habitator dicte Terre Fluminis... fecit, con-

1) »Ranaldis«, možda mjesto »Rainaldis«.



http://library.foi.hr

stituit, creauit, et ordinauit Mateum Binocij, fratrem suum... suum veru et legitimum procuratorem... presertim ad vendendum et allienandum partem dicti constituentis vnius domus[1], site in ciuitate Florentie, pro indiuiso cum dicto procuratore, cui et quibus, et pro eo pretio ac pretijs, prout dicto procuratori videbitur et placebit.....

**Pro Nicolao de la Rocha contra Martinum aurificem.**

Vltrascriptis die, loco. Presentibus Vito Mateieuich, Iohanne Babich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Martinus aurifex condam Dominici fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Nicolao[2] a Rocha ducatos octoaginta quinque cum dimidio auri, quos ipsi dare tenebatur Passina, tanquam plegia mariti sui, uti constat instrumento scripto manu mei notarij infrascripti die.....[3]

**Pro Nicolao de Candia.**

Die XVIIJ mensis Marcij. In statione Martini aurificis, presentibus ipso Martino, Grisano stacionario, Floro Rossouich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Nicolaus de la Rocha dixit, asseruit, et confessus fuit qualiter est contentus et vult esse plegius et fideiussor pro Nicolao de Candia pro ducatis viginti Rafaeli de Fossambruno si ipse Nicolaus erit concors cum predicto Rafaele pro parte sua marciliane, id est[4] si ipsam emet.

**Compromissum Rafaelis et Nicolai de Candia. S. 455.**

Die XVIIIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Georgio Minio, Agnolo Ruscho[5], ambobus de Venetijs, ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, Iuanulo de Arbo, ciue dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Rafael de Fossambruno, parte vna, et Nicolaus de Candia, parte altera, promiserunt et compromiserunt tam de iure quam de facto comuniter et concorditer in iudicem Vitum condam ser Matchi, iudicem Mateum condam ser Donati, ser Angelinum[6]) de Bonfiolo de Florentia, et ser Lodouicum Salamonis de Venetijs, tanquam in arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores pro omnibus et singulis (S. 455.) differentijs, litibus, placitis, controuersijs, que et quas simul habent siue habere possent quacunque ex causa usque ad presentem diem, promittentes dicte partes parere, obedire...

**Protestus Leonardi de Stayn.**

Die XXJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Vito Matronich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus...

1) U tekstu takav poredak riječi »partem dicti constituentis vnius domus«.
2) Tako u tekstu »Nicolao a Rocha«, dok in margine stoji »Nicolao de la Rocha«.
3) U izvorniku ta isprava ostala nedovršena.
4) U izvorniku na tom mjestu znak kratice, koji se može čitati kao gore t. j. »id est« ili i »scilicet«.
5) U tekstu stajalo »Bruscho«, te »B« precrtano, tako da smo mi čitali »Ruscho«.
6) Tako na tom mjestu u tekstu. Drugdje se ime toga lica piše »Ançelinum« odnosno »Ançelinus«.



http://library.foi.hr

Ibique coram nobili viro domino Mauro Vidonich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Leonardus de Stayn asserens et dicens qualiter Iohannes, filius domini Nicolai de Barnis ipsi dare tenetur ducatos centum et triginta im(!) prompta pecunia quandocunque ipse Leonardus dicto Iohanni consignaret certam quantitatem ferri, quam ipsi dare debet per totum mensem instantem, nunc autem ipse est paratus conferre, et quamquam miserit ad matrem dicti Iohannis, tamen ipse non potest habere suprascriptam pecunie quantitatem. Idcirco ipse Leonardus ... protestatus fuit contra dictum Iohannem ...

**Pro Iacobo Bolfino[1] contra Mateum de Maçorbo.** Die XXX mensis Marcij. In castro Cersati, presentibus domino presbitero Georgio, plebano Cersati, presbitero Iacobo Sagagnich, capelano Cersati, Nicolao de Candia, Alegreto de Cataro, ambobus habitatoribus Terre Fluminis sancti Viti, testibus ... Ibique Mateus condam Petri de Maçorbo, patronus vnius burchioni ... promisit nobili viro Iacobo Bolfing[1] capitaneo castri Cersati, quod usque ad festum ... ipse Mateus presentabit in castro Cersati dicto Iacobo, capitaneo, Nicolaum dictum Furlano, habitatorem Maçorbi, aliter ipse Mateus soluet predicto Iacobo, capitaneo, ducatos duodecim auri, quos dictus Iacobus, capitaneus, petebat et habere volebat a prelibato Nicolao pro fallo ab ipso Nicolao commisso. Qui Nicolaus, obligando se et sua bona, promisit seruare indemnem prefatum Mateum a suprascripta promissione.

**Pro Laurentio Labutich contra Benchum.** Die XXVIJ[2] mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, (presentibus)[3] Martino Coxarich, Iohanne Brigada, testibus ... Ibique Benchus, filius Georgij Rodichieuich[4] ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Laurentio Labutich .. marchas duodecim denariorum, et hoc pro omnibus terrenis sitis in Drenoua, venditis dicto debitori, que terrena dictus creditor elapsis temporibus a[5] Blasutho et Barbichieua .....

**Protestus Grisani.** Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Martino Coxar[6], Vito sarctore condam Georgij, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobilibus viris ser Mauro Vidonich, ser Vito Barulich, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis comparuit Grisanus condam iudicis Martini ...[7]

**S. 456. Pro Laurentio Spinçich contra Marinam.** Die XXVIIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Agnolo Ruscho de Venetijs, Paulo Chouaçich de Flumine, testibus ... Ibique Marina, uxor condam Iacobi cerdonis ... fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere Laurentio Spinçich ... libras quadriginta septem

1) Tako in margine »Bolfino«, a u tekstu »Bolfng«.
2) U izvorniku taj unesak nosi datum »XXVIJ mensis Marcij«, iako je prethodni datiran »XXX mensis Marcij«.
3) Na tom mjestu ispušteno »presentibus«, te smo mi interpolirali.
4) Tako na tom mjestu »Rodichieuich«, a drugdje u tekstu nalazimo »Radichieuich«.
5) U izvorniku ispušteno »emit«.
6) »Coxar«, a u prethodnoj ispravi »Coxarich«.
7) U tekstu ta isprava započeta i nedovršena.



http://library.foi.hr

cum dimidio paruorum, et hoc pro pellibus habitis a dicto creditore . . . . .

**Pro Francisco de Fano contra Mateum de Maçorbo.**

Die XXVIIIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Bernardo de Renaldis, Chirino Spinçich, Martino eius filio, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Mateus condam Petri de Maçorbo, patronus vnius burchioni[1] . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Francisco condam Petri de Fano . . . ducatos viginti boni auri et iusti ponderis nomine mutui . . .

**Compromissum Antonij muratoris et Ambrosij Dolinich.**

Die X mensis Aprilis. In Terra Fluminis sancti Viti in statione iudicis Iacobi Micolich, presentibus ser Georgio Ruseuich, Christoforo Bachinich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique magister Antonius murator de Pisauro, habitator dicte Terre Fluminis, ex vna parte, et Ambrosius Dolinich, ex altera parte, volentes parcere laboribus et expensis, promiserunt et compromiserunt tam de iure quam de facto, comuniter et concorditer in iudicem Nicolaum Micolich, iudicem Mateum condam ser Donati, Franciscum condam Petri de Fano, et Christoforum lapicidam de Breuono, tanquam in arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores pro omnibus et singulis litibus, differentijs, placitis, controuersijs, que uel quas habet simul siue habere possent pro opere siue laborerio, operarijs, instrumentis ac alijs rebus ad opus siue laborerium spectantibus usque ad presentem diem, promittentes dicte partes parere, obedire et cetera, uti in compromisso Rafaelis et Nicolai de Candia ad plenum continetur . . . . .

**Pro Nicolao Suetaç contra Petrum cablarium.**

Die XIJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Ambrosio Radolich, Paulo Vidotich, Simone Pilar, testibus . . . Ibique Petrus condam Crismani de Los . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Nicolao Suetaç condam . . . . .[2] libras centum paruorum, et hoc pro quadam domo habita a dicto creditore . . . . .

**Procura domine Naste in eius filium.**

Die XV mensis Aprilis. In Terra Fluminis sancti Viti in domo infrascripte costituentis, presentibus Nicolao a Rocha, Iacobo Cigantich, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique domina Nasta, uxor condam ser Donati . . . fecit, constituit, creauit, et ordinauit filium suum iudicem Mateum . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . presertim ad exi-
S. 457. gendum (S. 457.) et recuperandum quicquid dicte constituenti teneretur quacumque ex causa tam Chersi quam in insula eius . . .

1) Tako na tom mjestu u izvorniku.
2) Tako u izvorniku prostor za to ime ostao prazan.



http://library.foi.hr

**Pro Iohanne Pesce contra Nicolaum de Candia.** Die XXJ mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino Spinçich, Floro Rossouich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus de Candia, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iohanni Pesce de Florentia ... ducatos decem boni auri et iusti ponderis, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum quas comodocunque simul habuissent usque ad presentem diem .....

**Pro iudice Nicolao contra Vitum Mateieuich.** Die X⁰ mensis Madij. In platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Blasio cerdone condam Antonij, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Vitus Mateieuich ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich ... libras centum vigintiunam et solidos decem et septem paruorum, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, quam dictus debitor prefato creditori fecit pro ser Georgio Glauinich .....

**Pro Iusto Pernsterfer contra iudicem Iurchum de Dreuenico.** Die XJ⁰ Maij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, Chirino Spinçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Iurchus de Dreuenico, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iusto Pernsterfer, habitatori Premmi ... ducatos triginta duos boni auri et iusti ponderis nomine mutui ... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit vineam, quam ipse debitor emit a iudice Cosma Radolich.

**Procura domini presbiteri Georgij Chuchora de Segna** Die XIIIJ mensis Maij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus domino presbitero Iohanne Clemenich, domino presbitero Luca Radomerich, ambobus de Segna, testibus ... Ibique dominus presbiter Georgius Chuchora, canonicus Segnensis, cum voluntate et licencia reuerendi patris ac domini domini Andree, episcopi Segnensis ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit probum virum Martinum Cendich, nobilem Segnensem ... suum verum e legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et[1] recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa Segne .....

**Procura domine Marina,[2] uxore[3] Nicolai de Candia.** Die XIIIJ mensis Maij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis infrascripti Nicolai, presentibus domino presbitero Alexandro, iudice Mauro Vidonich, ambobus ciuibus (S. 458.) dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique cum non remittatur pecuniam (!) nisi restituatur ablatum, hinc est quod Nicolaus Iohannis

1) U izvorniku »teneretur« pisano nepravilnom kraticom, tako da bi zapravo trebalo čitati »tenerer«. Mi smo po smislu stavili pravi gramatički oblik.
2) Tako u izvorniku »Marina« grješkom mjesto »Marine«.
3) Također tako u tekstu »uxore« grješkom mjesto »uxoris«.



http://library.foi.hr

S. 458. de Candia considerans se recepisse quamplurima bona in denarijs promptis ac rebus in dotem ac nomine dotis domine Marine, uxoris sue, pro quibus dicta domina Marina nullam habet securitatem neque pignus ab aliquo, quaobrem[1] si dictum Nicolaum mori contingeret aut aliquod naufragium pati, predicta domina Marina cogeretur in senectute elymosinare, eo quod perderet in totum dotes suas quod foret contra omnem equitatem et iuris debitum, dedit, tradidit, et designauit... pro securitate et speciali pignere prescripte dotis prefate domine Marine, uxori sue... domum in qua habitat, sitam in dicta Terra Fluminis iuxta Blasuthum, cum omnibus et singulis massaricijs ac rebus intus positis, volens pretactus Nicolaus, quod si casus accideret restituende dotis, quod dicta domus massaricie, et res sint et esse debeant prelibate domine Marine, et de ipsis omnimodam suam facere possit voluntatem, tanquam de bonis proprijs.

**Pro domino plebano contra Vitum Mateieuich.**

Die XIJ Mensis Madij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo domini presbiteri Gasparis, plebani, presentibus presbitero Vito Cersatich, Georgio sarctore condam Stefani, testibus... Ibique Vitus Mateieuich sponte se constituit plegium et fideiussorem ac principalem debitorem prefato domino Gaspari pro Alegreto de Ragusio, nuclerio domini Nicolai de Barnis, pro debito in quo ipsi tenetur.

**Pro Chirino Spinçich contra Iacobum cerdonem.**

Die XXIIJ mensis Madij. Castue. In domo Drasigne Poglainich, presentibus ipso Drasigna et Nicolao, eius fratre, ambobus de Castua, testibus... Ibique Iacobus cerdo, gener condam Machaci, habitator Castue... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich[2] de Castua... libras quadraginta paruorum, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent siue habere potuissent usque ad presentem diem.....

**Pro Paulo Radauich contra Gerdinam Prasich.**

Die prescripto. Ante portam Castue, presentibus presbitero Iohanne Suselich, Chirino Spincich[2], Toma de Alamania[3], hospite, omnibus habitatoribus Terre Fluminis sancti Viti, testibus... Ibique Gerdina Prasich de Castua... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Paulo Radauich de Castua... marchas decem et octo et solidos decem denariorum paruorum, et hoc pro calcullo et saldo omnium suarum rationum.....

**Protestus Iohannis Babich.**

Die XXV mensis Madij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus magistro Dominico carpentario, magistro Michlesio muratore, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testi-

1) Tako u izvorniku »quaobrem« grješkom mjesto »quamobrem«.
2) Na tim mjestima tako, t. j. bez »ç«, dok se drugdje u izvorniku redovito nalazi »Spinçich«.
3) Na tom mjestu »Alamania«, a drugdje u kodeksu »Alemania«.



http://library.foi.hr

bus ... Ibique coram nobilibus viris ser Mauro Vidonich, ser Vito Barulich, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit Iohannes Babich, asserens et dicens qualiter iudex Mateus condam ser Donati dare et soluere promisit ser Ançulino Bonfiolo ducatos duodecim auri ... nunc vero prefatus ser Ançulinus domum prefati Iohannis, sitam ad Fluuium, subastari facit pro parte dictorum ducatorum duodecim, videlicet pro libris quadraginta, idcirco ipse Iohannes Babich ... protestatus fuit contra dictum iudicem Mateum ...

**S. 459. Procura iudicis Nicolai in Iacobum de Terentijs.**

Die XXVIJ mensis Maij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino Satanni, Ambrosio Radolich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique probus vir ser Nicolaus condam Antonij, ciuis dicte Terre Fluminis ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit ser Iacobum condam Simonis de Terentijs, habitatorem Fani ... suum verum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa Fani et in eius comitatu .....

**Pro Grisano stacionario contra Iohannem Babich.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus iudice Vito Barulich, Barulo Chergnaueçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes Babich ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Grisano condam iudicis Martini ... ducatos tresdecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro habito a dicto creditore ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam domum de assidibus ad Fluuium, hac condicione et pacto, quod .....

**Pro Iohanne Babich contra dominam Nastam.**

Die XXVIJ mensis Maij. In domo infrascripte domine Naste, presentibus Iohanne dicto Iagnac, Barulo Chergnaueçich, testibus ... Ibique domina Nasta, uxor condam ser Donati ... promisit seruare indemnem Iohannem Babich pro ducatis duodecim auri, quos iudex Mateus, filius ipsius domine Naste, dare et soluere promiserat ser Angelino Bonfiolo, uti constat instrumento .....

**Pacta Chirini Spinçich et Gregorij et Benchi.**

Die penultimo mensis Maij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Cosma Mulsetich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Chirinus Spinçich fecit concordium et pactum cum Gregorio Borouinich de Segna et Bencho de Valle Segnensi, remerijs, hoc modo, videlicet quod dicti Gregorius et Benchus teneantur et debeant laborare dicto Chirino per totum vnum annum remos et fussios a texendo, omnibus suis sumptibus et expensis, et dictus Chirinus debeat ipsis soluere pro singulo remo a galea solidos tresdecim, intelligendo tamen quod dicti



http://library.foi.hr

remi a galea non trascendat longitudinem sex passium, et pro singulo fussio a texendo solidos duos, et quod dicti Gregorius et Benchus habere debeant medietatem omnium et singulorum remorum scletorum quos laborabunt, et quod dictus Chirinus fieri faciat ipsis vmbram de assidibus omnibus suis expensis, in qua valeant apte laborare, et ipsos tenere fulcitos pecijis remorum toto tempore dicti anni ne perdant tempus, et quod dictus Chirinus teneatur[1]) prefatis Gregorio et Bencho pro singulo centenario pedum remorum a çirono solidos quadraginta paruorum.

**Procura Nicolai de Candia in Nicolaum a Rocha.**

**S. 460.**

Die sexto mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Tomasino de Vegla, Iohanne Loliça, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus de Candia, ciuis dicte Terre Fluminis ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Nicolaum condam Francisci a Rocha ... suum uerum et legitimum procuratorem ... (S. 460.) ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis et Cersati quacunque ex causa ...

**Pro Nicolao a Rocha contra Nicolaum de Candia.**

Die sexto mensis Iunij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis Agnoli Ruscho de Venetijs, presentibus ipso Agnolo, Nicolao Tomasini de Vegla, testibus ... Ibique Nicolaus de Candia, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iusti teneri et dare debere Nicolao Francisci a Rocha ... ducatos vigintiunum auri et solidos quadraginta septem paruorum, et hoc pro rebus habitis a dicto (creditore)[2]. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori obligauit et pro speciali pignere disegnauit omnia et singula credita, que ipse debitor habet tam in dicta Terra Fluminis et eius districtu quam in Cersato et eius districtu.

**Pro ser Ançulino contra Tomam remerium.**

Die XIJ mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iacobo Cigantich, Simone Pilar, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Tomas remerius de Bucharo, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Angulino[3]) Bonfiolo de Florentia ... libras sexaginta quatuor paruorum, et hoc pro vino habito a dicto creditore .....

**Procura Dominici de Medulino.**

Die XIIIJ mensis Iunij. Ante Superiorem Portam Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Nicolao Cole de Firmo, Gregorio sarctore de Bossna (!), ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Dominicus Petri da Luguçone de Medulino ... fecit, costituit, creauit, ordinauit Teodorum condam Dominici,

1) Pred »teneatur« u tekstu omaškom ispušteno »soluere«.
2) Ta riječ u izvorniku omaškom ispuštena.
3) Na tom mjestu u izvorniku »Angulino«, a in margine iste isprave »Ançulino«.



http://library.foi.hr

ciuem dicte Terre Fluminis ... suum uerum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum a Mateo de Treuisio, habitatore Maçorbi, patrono vnius nauignij quicquid dicto constituenti teneretur[1] quacunque ex causa .....

**Pro ser Angulino de Florentia contra Leonardum de Chamenich.**

Die XXIIJ mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Martino aurifice condam Dominici, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Leonardus de Stayn, mercator, fuit contentus et confessus sibi integre solutum et satisfactum fuisse a ser Angulino Bonfiolo de Florentia, habitatore dicte Terre Fluminis pro quinquaginta duobus fassijs ferri et pro centum et decem pellibus magnis, quod ferrum et quas pelles prefatus Leonardus transmisit ad partes Marchie suo risico et periculo per Antonium de Montealbodio, promittens predictus Leonardus .....

**Pro ecclesia sancte Marie de Podgraie contra iudicem Iurchum.**

Die XXIIIJ mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, ser Georgio Glauinich, Vito Mateieuich, omnibus habotatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Iurchus de Dreuenico, ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iohanni Risich de Chotesseue et Georgio Serne de Sabichie, tanquam gastaldionibus ecclesie sancte Marie de Podgraie ... ducatos decem boni auri et iusti ponderis nomine mutui .....

**Procura Michaelis de Subinico in Paulum Chouaçich.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Vito Mateieuich, Gergio Contouich, Blasio Peçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus. Ibique Michael condam Pribani de Subinico ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Paulum Francisci fabri filium ... suum verum et legitimum procuratorem, ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur occasione bonorum domine Marislaue, olim uxoris predicti Francisci fabri ...

**Protestus ser Fortes.**

Die XXV mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Stefano Mortath, Cipriano Tudrouich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Vito Barulich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit probus vir ser Fortes Antonij de Curçula asserens et dicens qualiter Mateus Podner de Labaco petit ab ipso ducatos quinque auri et libras viginti in quibus ipso Mateo non tenetur, qui ser Fortes pluries ac pluries rogauit et requisiuit dictum Mateum quod petere vellet iusticiam coram iudicio dicte Terre Fluminis siue coram mercatoribus quia libenter respondere vellet. Cum ipse nisi maximo cum damno et interesse

1) Ta riječ u izvorniku, kao u jednoj od ranijih isprava, pisana krivim znakom kratice, tako da zapravo stoji »tenerer«.



http://library.foi.hr

possit nunc recedere a dicta Terra Fluminis, tum quia cottidie(!) de hora in hora expectat nauignium pro onerando remos, tum propter alia negotia multo maioris importantie quam suprascriptum debitum, dictus vero Mateus omnino ipsum Fortem uult protrahere ad iudicium ciuitatis Segne, quod predicto Forte in maximum damnum et preiudicium redundat, idcirco ipse ser Fortes ... protestatus fuit contra dictum Mateum ...

**Pro domino Iohanne, capitaneo Premmi, contra Mortath.**

Die XXVJ mensis Iunij. In publica platea Tere Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Vito Cersatich, iudice Vito Barulich, testibus ... Ibique Stefanus Mortath promisit dare et soluere Petro, cancelario nobilis viri domini Iohannis capitanei Premmi, stipullanti eius nomine, quicquid prefato domino Iohanni teneretur pro frumento usque ad festum ... aliter prefatus Petrus siue alius qui mitteretur ad exigendum predictum debitum stare debeat in dicta Terra Fluminis expensis dicti Stefani Mortath quousque ipsi fuerit integre satisfactum. Pro quibus omnibus et singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis et cetera dictus Stefanus eidem obligauit suam vineam, positam in Schurigna.

**Finis ser Fortes de Curçula.**

Die XXVIIJ mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Dominico de Fantonis de Florentia, Nicolao Çopich, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Mateus Podner de Labaco sponte fecit ser Forte Antonij

S. 462. de Curçula, presenti, stipullanti ... pro se (S. 462) ... ac vice et nomine Petri filij sui, finem, dimissionem, quietationem, et pactum de vlterius non petendo de omni ac singulo debito, re, et actione ac de omnibus et singulis ad que predictus ser Fortes siue Petrus, eius filius, tenebantur aut teneri poterant predicto Mateo usque ad presentem diem quacunque ratione uel causa ...

**Pro ser Forte de Curçula contra Martinum aurificem.**

Vltrascriptus die ac loco. Presentibus iudice Mauro Vidonich, ser Dominico de Fantonis de Florentia, Simeone Maurich, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Martinus aurifex condam Dominici de Segna, ciuis dicte Terre Fluminis, ... fuit contentus et confessus se habuisse ac manualiter recepisse a prouido viro ser Forte Antonij de Curçula ducatos centum boni auri et iusti ponderis, quos ducatos centum prefatus ser Fortes dare et soluere tenebatur predicto Martino vigore vnius instrumenti scripti manu ser Pauli de Surdis de Venetijs, cancelarij Curçule anno domini MCCCCLJ, indictione decimaquarta, die Veneris vigessimo mensis Augusti prout in ipso instrumento continetur.

**Pro Martino aurifice contra Chirinum Spinçich.**

Vltrascriptus die, loco ac testibus. Chirinus Spinçich de Castua, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Martino aurifici condam Dominici, ciui dicte Terre Fluminis ... ducatos quinquaginta sex boni auri et iusti ponderis et solidos sexaginta nouem paruorum .....



http://library.foi.hr

**Pro Iohanne Babich contra ser Fortem de Curçula.** Die ac loco prescriptis. Presentibus Simeone Maurich, Veneciano de Cregnino, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Fortes Antonij de Curçula obligauit se et omnia sua bona ac remos nobili viro ser Mauro Vidonich, tanquam iudici dicte Terre Fluminis pro respondendo in iudicio Iohanni Babich, et hoc ad instantiam prefati Iohannis Babich.

**Finis ser Fortes de Curçula et Tome remerij.** Die vltimo mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Iacobo Cigantich, Georgio Contouich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Fortes Antonij de Curçula et Tomas remerius de Bucharo, ciuis dicte Terre Fluminis, sponte fecerunt vnus alteri ad inuicem finem, dimissionem, quietationem, et pactum de vlterius aliquid non petendo de omni ac singulo debito, iure, et actione ac de omnibus et singulis, ad que vnus alteri ad inuicem tenebantur siue teneri poterant usque ad presentem diem quacunque ratione uel causa ...

**Protestus Martini aurificis.**

S. 463.

Die primo mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Georgio Ruseuich, Vito Mateieuich, Grisano condam iudicis Martini, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro (S. 463) ser Mauro Vidonich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Martinus aurifex condam Dominici, ciuis dicte Terre Fluminis, asserens et dicens qualiter ser Fortes Antonij de Curçula ipsi Martino dare et soluere tenebatur ducatos centum auri usque ad XX$^{m}$ diem mensis Octobris de anno proxime preterito, uti constat quodam instrumento scripto manu ser Pauli de Surdis, cancelarij Curçule de anno domini MCCCCLJ, indictione XIIIJ, die XX$^{o}$ mensis Augusti, quos ducatos dictus ser Fortes ipsi Martino non soluit in suprascripto termino, sed post ipsum terminum elapsis octo mensibus, quod predicto Martino redundauit ac redundat in maximum detrimentum et damnum quia nequiuit cum ipsis traficare, lucrari et negotia sua facere, idcirco prefatus Martinus ... protestatus fuit contra dictum ser Fortem ...

**Procura Sigismundi Çichouer in iudicem Iurchum.** Vltrascriptis die ac loco. Presentibus venerabili viro domino presbitero Iohanne arcidiacono, iudice Vito Barulich, testibus ... Ibique nobilis vir Sigismundus Çichouer ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit iudicem Iurchum de Dreuenico, ... suum verum et legitimum procuratorem, ... presertim ad exigendum et recuperandum redditus et vsufructus molendinorum, et quicquid aliud dicto constituenti teneretur siue tenebatur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa .....

**Protestus Iohannis Babich.** Vltrascriptis die ac loco. Presentibus ser Dominico de Fantonis de Florentia, Francisco condam ......[1] de Fano, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram no-

1) U izvorniku iza »condam« ispušteno ime.



http://library.foi.hr

bili viro ser Mauro Vidonich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Iohannes Babich asserens et dicens qualiter ser Fortes Antonij de Curçula protestatus fuit contra ipsum singula die de duobus ducatis auri quousque nauignium venerit pro sua persona, quod sibi valde enorme videtur cum ipse Iohannes dicto ser Forti nil teneatur, sed dictus Forte[1] ipsi tenetur Iohanni, quam ob causam predictus Iohannes ut sua ab eo Forte habeat iudicio insistit, ut ius sibi reddatur... quod ipsi Iohanni in maximum redundat damnum, idcirco prefatus Iohannes... protestatus fuit contra predictum ser Fortem...

**Protestus Iohannis Babich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Coram suprascripto domino iudice comparuit Iohannes Babich asserens et dicens qualiter hodie ser Fortes Antonij de Curçula protestatus fuit singula die in ducatis quinque auri cum nauignium venerit ad dictam Terram Fluminis pro onerando remos siue Segnam, quapropter ipse Iohannes protestatus fuit contra dictum ser Fortem...

**Pro Francisco fabro contra Chirinum Spinçich.**

Die tercio mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Petro Glauinich, Iacobo Cigantich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Chirinus Spinçich de Castua, ciuis dicte Terre Fluminis, fuit contentus et confessus se habuisse ac manualiter recepisse a Francisco fabro condam Martini libras nonaginta sex et solidos quinque paruorum.....[2]

S. 464.

**Pro Blasio Peçich, Barulo, et Agnia, fratribus.**

Die tercio mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presetibus Vito Mateieuich, Georgio sarctore condam Stefani, Iacobo Cigantich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Vitus Barulich precepit Blasio Peçich, Barulo Chergnaueçich et Agnie, eius sorori, quod debeant opseruare confines positos per Petrum Glauinich, Teodorum condam Dominici, Simonem Pilar, et Iohannem Coxarich nec ipsos infringere, sub pena librarum quinquaginta, qui fuerunt missi ad prouidendum ipsos confines a regimine dicte Terre Fluminis, qui confines positi fuerunt secundum signa et pallos fixos, tamen intelligendo quod a porta curie usque ad angulum, in quo est vitis, via ipsis tribus sit comunis, quilibet autem possit iuxta sui libitum quicquid suum est claudere.

**Pro iudice Iurcho et Vito Mateieuich contra iudicem Damianum.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Ambrosio Radolich, Ambrosio Dolinich, testibus... Ibique iudex Damianus condam Matei promisit dare et consignare ad primas vendemias Vito Mateieuich, presenti ac pro se ac pro iudice Iurcho de Dreuenico stipullanti, modios sex vini musti, pro quibus fuit confessus sibi integre solutum et satisfactum fuisse a prefatis iudice Iurcho et Vito.

1) Na tom mjestu »ser Forte«, a gore u istoj ispravi »ser Fortes«.
2) U izvorniku ta isprava ostala nedovršena.



http://library.foi.hr

**Pro iudice Iacobo Micolich contra Georgium Marulich.**

Die $3^{0}$ mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Coxarich, Iohanne Babich, testibus... Ibique Georgius Marolich[1]... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micolich... libras quadraginta octo et solidos duodecim paruorum, et hoc pro vino habito a dicto creditore.....

**Pro suprascripto Iacobo contra Michaelem Obadich.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Toma remerio, Barulo Chergnaueçich, testibus... Ibique Michael Obadich... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micolich... libras triginta nouem cum dimidio, et hoc pro vino habito a dicto creditore.....

**Sententia Malgarite, uxoris Petri de Pethua**

Vltrascriptis die ac loco. Sedentes iudices et consilium Terre Fluminis predicte, preceperunt mihi notario infrascripto quatenus scribere deberem qualiter die nono mensis Februarij de anno domini 1450. spectabilis vir dominus Iacobus Raunacher, capitaneus iudices et consilium dicte Terre Fluminis, sedentes in stuba castri dicte Terre Fluminis, sententiauerunt et terminauerunt quod instrumentum donationis facte a condam Georgio Glada[2], pilipario, domine Malgarite, uxori Petri de Pethua, habitatoris Venetiarum, scriptum manu mei notarij infrascripti die nono mensis Septembris anno domini 1448., indictione XJ$^{a}$, sit firmum et ratum et plenissimam obtineat firmatatem et robur, presentibus testibus Iohanne Babich et Barulo Chergnauecich[3].

**S. 465.**
**Pro ser Antonio Maraspino contra Eufumiam capelariam.**

Die XIIIJ mensis Iulij. Super nundinis Buchari, presentibus presbitero Martino de Bucharo, Alegreto de Schrissa, testibus... Ibique Eufumia de Flumine, uxor condam Iacobi capelarij... fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere ser Antonio Maraspino de Rubino... libras quadraginta sex et solidos octo paruorum, et hoc pro lana ab ipso habita.....

**Pacta iudicis Nicolai et Georgij Krefft.**

Die XV mensis Iunij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione infrascripti iudicis Nicolai, presentibus iudice Vito Barulich, ser Georgio Ruseuich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Georgius Chrefft[4] de Rathspurch dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis iudici Nicolao Micolich, ciui dicte Terre Fluminis, pelles bouinas trecentum et quinquaginta siue quatricentum usque ad festum... pro precio et nomine precij ducatorum quatuor auri cum vno quarto pro singulo centenario librarum, hoc tamen addito quod prefatus iudex Nicolaus teneatur soluere datium dicte Terre Fluminis pro

1) Tako u izvorniku u tekstu »Marolich«, a in margine »Marulich«.
2) Tako u izvorniku na tom mjestu »Glada«, a drugdje u tekstu kodeksa nalazimo i »Gleda«.
3) Dok to prezime »Chergnauecich« nalazimo drugdje, posebno u prethodnom unesku, pisano sa »ç«, na tom mjestu pisano bez »ç«.
4) Tako u tekstu isprave »Crefft«, a in margine iste isprave »Krefft«.



http://library.foi.hr

dictus pellibus. Pro qua quidem pellium quantitate prefatus iudex Nicolaus dare et consignare debeat in dicta Terra Fluminis oleum pro illo precio, quo a predicto iudice Nicolao ement Leonardus et Georgius de Stayn et Paulus Lustalar et Vorichus piliparius de Labaco, hoc etiam addito quod prefatus Georgius donare debeat dicto iudici Nicolao pelles quinque .....

**Pro domino Martino Raunacher contra iudicem Mateum.**

Die XVJ mensis Iulij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione ser Dominici de Fantonis de Florentia, presentibus dicto ser Dominico, Iohanne, eius fratre, Antonio muratore de Pisauro, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere generoso milliti domino Martino Raunacher ... ducatos ducentos et vigintiquinque boni auri et iusti ponderis nomine mutui .....

**Procura Tomasini in iudicem Martinum Cotermanich.**

Die XVIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Vito condam ser Matchi, ser Stefano Blasinich, Rafaele de Fossambruno, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Tomasini de Vegla ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit probum virum iudicem Martinum Cotermanich de Cregnino ... suum verum et legitimum procuratorem, ... presertim ad exigendum et recuperandum ab Agnolo Cristiano, habitatore Ancone, ducatos viginti auri et solidos septem paruorum .....

**S. 466.**

**Pacta iudicis Nicolai et Vorichi de Labaco.**

Die XVIIJ mensis Iulij. In Terra Fluminis sancti Viti in curia domus infrascripti iudicis Nicolai, presentibus domino presbitero Gaspare, plebano, iudice Vito Barulich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Vorichus piliparius de Labaco dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis prescripto iudici Nicolao Micolich milliaria quadragintaquinque ferri boni et mercimonialis ... pro precijs infrascriptis, videlicet tantum ferrum, pro precio ducatorum duodecim pro singulo milliario, quantum ascendat ad quantitatem ducatorum ducentorum auri, quos dictus iudex Nicolaus predicto Voricho dare debet in prompta pecunia, ex quibus ducatis ducentis dictus Vorichus fuit contentus et confessus se iam habuisse ac recepisse ducatos centum et quinquaginta auri a dicto iudice Nicolao. Residuum vero dicte quantitatis ferri accipere debet predictus iudex Nicolaus pro precio ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario, pro qua quantitate ferri dictus Vorichus accipere debet oleum pro precio quo accipiet Paulus Lustalar et Leonardus de Stayn ab ipso iudice Nicolao .....

**Pro Francisco de Fano contra Tomasinum de Vegla.**

Die XXVIJ, mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino aurifice condam Dominici, Chirino Spinçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Tomasini de Caldana de Vegla ... fuit contentus et



http://library.foi.hr

confessus se iuste teneri et dare debere Francisco condam Petri de Fano ... ducatos decem boni auri et iusti ponderis, quos ducatos decem dicto Francisco dare tenebatur ser Fortes Antonij de Curçula .....

**Pro ser Forte de Curçula contra Tomam remerium.**

Die XXVIIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Aggabito Contouich, Toma hospite de Prussia, testibus ... Ibique Tomas remerius de Bucharo ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Forte Antonij de Curçula ... ducatos vndecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro trecentis remis a refudio, quos dictus creditor dixit se habere in Prelucha, hoc tamen addito, quod dictus debitor usque ad octo dies proxime futuros debeat secum ducere dictum Aggabitum quod numerare debeat dictos remos, nomine ac vice dicti creditoris, prefato debitori. Si autem inuenirentur pauciores remi quam trecenti, tunc debeant diffalcari pro rata .....

**Protestus Agnoli contra Tomasinum.**

Die XXVIIIJ mensis Iulij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Martini aurificis condam Dominici, diacone(!) Antonio Repeglich, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram ser Vito Barulich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Agnolus Ruscho de Venetijs, asserens et dicens qualiter persenxit(!) quod Nicolaus Tomasini de Vegla ordinauit cum aliquibus officialibus magnificorum dominorum comitum Segne, quod si ipse Agnolus accedet ad loca sua, quod debeat retineri,
S. 467. (S. 467.) quapropter non audet illuc accedere, et si accesserit dubitat retineri, quod ipsi Agnolo redundat in maximum damnum et detrimentum cum non valeat mercari et traficare prout prius, idcirco ipse Agnolus ... protestatus fuit contra prefatum Nicolaum Tomasini .....

**Pro ser Blasio de Columbia de Cherso contra ser Andriolum de Dominis de Arbo.**

Die XVJ mensis Augusti. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus ser Paulo Benintende, cancelario Albone, Andriolo ser Andree Lupetini de Albona, testibus ... Ibique discretus vir ser Andriolus condam domini Stefani de Dominis, millitis de Arbo ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere nobili viro ser Blasio de Columbis de Cherso ... ducatos ducentos boni auri et iusti ponderis, in quibus ducatis ducentis dicto ser Blasio tenebatur pie ac bone memorie dominus Iohannes, olim episcopus Varidenensis, quos quidem ducatos ducentos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro Alegreto de Cataro contra Iohannem Tonçich.**

Vltrascriptis die ad loco. Presentibus Toma remerio de Bucharo, Bencho remerio de Segna, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes Tonçich de Castua dare et consignare promisit Alegreto de Cataro, habitatori Veneti-



http://library.foi.hr

arum, remos quatricentos schletos ad caricatorium consuetum usque ad festum... pro precio inter ipsos conuento.....

**Pro plebano Fluminis contra heredes domine Malgarite, uxoris condam iudicis Pauli.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus presbitero Vito Cersatich, Nicolao Tomasini de Vegla, Paulo Vidotich, barberio, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique venerabilis vir presbiter Gaspar, plebanus, coram nobili viro domino Mauro, honorabili iudice dicte Terre Fluminis, dixit cum protestu Iacobo de Maluicino et Nicolao, tanquam procuratoribus Stefani Magas, qualiter ipse intendit quod ipsi Iacobus et Nicolaus, nomine quo supra, debeant soluere medietatem omnium et singulorum debitorum condam iudicis Pauli, eius patrui. Qui Iacobus et Nicolaus non repugnarunt.

**Procura Matei Grasso in Tomasinum.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus iudice Mauro Vidonich, Michsa de Segna, stacionario Vegle, testibus... Ibique ser Mateus Andree de Venetijs... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Nicolaum Tomasini de Vegla... suum verum et legitimum
S. 468. procuratorem,... presertim ad (S. 468.) exigendum et recuperandum a iudice Damiano condam Matei quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

**Pro ser Andrea de Albona contra Rostam Cassich de Berberio**

Die XVJ mensis Augusti. In domo habitationis mei notarij infrasripti, presentibus iudice Mauro Vidonich de dicta Terra Fluminis, Petro Sidrouich de Ablona, testibus... Ibique nobilis vir Rosta Cassich de Berberio... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Andree Lupetini de Albona... ducatos decem et octo boni auri et iusti ponderis, et hoc pro quadam plegiaria siue fideiussione facta per dictum Rostam predicto ser Andree pro Toma Mugnaç de Stenischiach.....

**Pro suprascripto Rosta contra Tomam de Stenischiach**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Cum nobilis vir Rosta Cassich de Berberio precibus Tome Mugnaç de Stenischiach se constituit plegium et principalem debitorem ser Andree Lupetini de Albona pro ducatis decem et octo auri, uti constat instrumento... idcirco prefatus Tomas... promisit seruare indemnem prefatum Rostam pro suprascripta plegiaria...

**Protestus Pauli Lustalar.**

Die XVIIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iacobo Cigantich, Veneciano de Gregnino, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobilibus viris ser Mauro Vidonich, ser Vito Barulich, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit iudex Paulus Lustalar de Labaco asserens et dicens qualiter ser Iohannes, filius generosi millitis domini Nicolai de Barnis, tenebatur sibi dare ducatos ducentos auri in festo Carnispriuij proxime preterito, et cum ipse Paulus pluries huc venerit pro exigendo dictos ducatos, tandem nobilis mulier domina Malgarita,



http://library.foi.hr

uxor predicti domini Nicolai, promisit ipsi Paulo dare predictos ducatos ducentos in festo... quod minime factum est, quapropter predictus Paulus... protestatus fuit contra prefatam dominam Malgaritam.....

**Pro ser Iohanne de Sancto Seuero. Accordatio ancille.**

Die XXIIJ mensis Augusti. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus Petro, bechario, Glauinich, Nicolao Cigantich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Agnes, filia Michleus[1] de Brummna... se concordauit et obligauit ad standum et commorandum cum ser Iohanne de Sancto Seuero de Appulia, presente et acceptante, pro tribus annis proxime et immediate futuris, his pactis et condicionibus quod.....

**S. 469.**

**Pacta Pauli Lustalar et Francisci de Fano.**

Die XXIIIJ mensis Augusti. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, ser Gabriele Lapacij. de Firmo, testibus... Ibique iudex Paulus Lustalar de Labaco dare et consignare promisit Francisco Petri de Fano in dicta Terra Fluminis usque ad festum... ballas vigintisex cum dimidio pellium bouinarum mercimonialium, ponderis librarum centum et viginti quinque pro singula balla, pro precio et nomine precij ducatorum quinque cum dimidio auri pro singula balla, item miliaria sex splagiarum, et milliaria quinque cum dimidio ferri boni et mercimonialis, pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim pro singulo milliario. Pro quibus quidem pellibus, splagijs, et ferro dictus Paulus recipere debet a predicto Francisco pro toto valore dictarum rerum oleum bonum et mercimoniale, pro precio et nomine precij ducatorum triginta quatuor auri pro singulo milliario, usque ad suprascriptum terminum.....

**Pro Paulo Lustalar contra dominum Nicolaum.**

Die XXV mensis Augusti. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Vito sarctore condam Georgij, testibus... Ibique ambo iudices retulerunt michi qualiter ipsi(!) regimen(!) Terre Fluminis dedit viam iudici Paulo Lustalar pro ducatis ducentis auri ad bona generosi millitis domini Nicolai de Barnis, id est ad domum suam, qui iudex Paulus promisit expectare XX diebus, deinde potest subastari facere dictam domum, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis, per se aut per suum procuratorem.

**Procura suprascripti Pauli.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iudex Paulus Lustalar... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Georgium Chernich de Sub Planine suum uerum et legitimum procuratorem,... presertim ad exigendum et recuperandum a generoso millite domino Nicolao de Barnis ducatos ducentos.....



http://library.foi.hr

**Pro iudice Iacobo Micolich contra Miche tabernarium.**

Die XXVIII°J°[1] mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Vito Barulich et cetera. Ibique Michael caupo... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micolich... libras octoaginta vnam et solidos duodecim paruorum, et hoc pro vino habito a dicto creditore.....

**Protestus magistri Antonij muratoris.**

Die XXX mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Rafaele de Fossambruno, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro ser Vito Barulich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit magister Antonius murator de Pisauro asserens et dicens qualiter generosus milles dominus Iohannes Çichouer interdixit et sequestrauit aliquos lapides, quos portari fecit de Breuono, eo quod dixit ipsum Antonium esse ipsius debitorem, et quia ipse Antonius promiserat aliqui-
S. 470. bus (S. 470.) personis, quibus ipsos lapides dare non potest propter dictum sequestrum, et cum dictus dominus Iohannes teneatur et sit debitor dicti magistri Antonij, et non ipse Antonius prefati domini Iohannis, idcirco ipse magister Antonius... protestatus fuit contra prefatum dominum Iohannem...

**Protestus Stoiani de Velicha contra Chirinum Spinçich.**

Die XXX mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne dicto Iagnaç, Blasio cerdone condam Antonij, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobilibus viris ser Mauro Vidonich et ser Vito Barulich, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit Stoianus de Velicha asserens et dicens qualiter dum ipse Stoianus dubitaret conducere tresdecim suos boues Basgouiçam, quos dictus[2] Chirinus vendidit pariter cum suis bobus, ipse Chirinus dixit sibi: »Noli aliquid dubitare. Soluere debes datium in dicta Terra Fluminis, in Lippa et in Rupa, et non alibi usque ad Basgouiçam. Quandocunque aliquod damnum eueniet tibi pro aliquo datio, nisi pro his tribus, ego volo totum tibi reficere«. Nunc vero aliqui de Clana acceperunt sibi dictos suos boues XIIJ^cim cum aliquibus alijs bobus predicti Chirini, et, ut asserunt, propter datium Clane, quod ipsi Stoiano redundat in maximum damnum et detrimentum, idcirco ipse Stoianus... protestatus fuit contra prefatum Chirinum.....

**Pro Petro balistario contra iudicem Mateum.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Rafaele de Fossambruno, Nicolao a Rocha, testibus... Ibique iudex Mateus condam ser Donati,... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Petro balistario, habitatori dicte Terre Fluminis... du-

1) Tako u izvorniku. Do takvog pisanja je došlo pretvaranjem odnosno prepravljanjem broja »XXVIIJ« u »XXVIIIJ«.
2) Tako u izvorniku na tom mjestu »*dictus* Chirinus«, premda nije nigdje u toj ispravi riječ o Chirinus-u prije tog mjesta.



http://library.foi.hr

catos decem boni auri et iusti ponderis et solidos XXXVIJ$^{tem}$. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus iudex Mateus ponere debet in canipa dicti creditoris in presentibus vendimis(!) vnam vegetem plenam musto suo, tenute ad minus modiorum quindecim. Quod vinum dictus creditor vendi facere potest pro illo precio quo ipsi videbitur, et siquid seficiet vltra dictum vinum prefatus debitor eidem pro speciali pignere designauit suam vineam cum prato, sitam in Ponxala.

**Pro Tomasino contra Blanchum.**

Die vltimo Augusti. In platea coram ambobus iudicibus Blanchus de Pago promisit Tomasino de Vegla, quod usque ad diem Dominicum proxime futurum ipse faciet aptare maram ranpegoni a barcha, quem sibi concessit.

**Pro Vito Marcum contra Mateieuich Cersatich.**

Die ac loco prescriptis. Presentibus iudice Mauro Vidonich, presbitero Alexandro, testibus ... Ibique Marcus Cersatich se(!) precibus Nicolai de Candia se(!) constituit plegium et fideiussorem Vito Mateieuich pro ipso Nicolao pro eo quod in iure conuincetur dictus Nicolaus ab ipso Vito pro rebus pro quibus est inter ipsos differentia, videlicet pro vno ducato, quem dixit dicto Nicolao concessisse, et pro decem diebus quibus, dicit, se ad petitionem ipsius Nicolai plus stetisse, et pro tribus vassellis vini quos, dixit, debebat mittere in marcilianam dicti Nicolai.

**Pro suprascripto Vito contra Nicolaum de Candia S. 471.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Nicolaus de Candia fuit contentus ac promisit[1] dare et designare pro pignere tot de suis vassis vini, (S. 471.) que habet in dicta Terra Fluminis, quod erit securus pro duobus ducatis auri et solidis centum duobus, quos ipsi dare tenetur pro suo labore. Quod debitum si iudex Mateus condam ser Donati soluerit, dicta vassa sint libera.

**Protestus Antonij Sperono.**

Die primo mensis Septembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Nicolao Tomasini de Vegla, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Mauro Vidonich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit ser Antonius Sperono de Venetijs, habitator Pisauri, asserens et dicens qualiter caricauit quandam quantitatem seccaticiarum et aliqua vasselamina in marciliana Martini Iohannis Albanensis, habitatoris Venetiarum, hoc pacto quod debeat recto tramite ire Pisaurum cum dictis rebus, nunc vero percepit quod dictus Martinus intendit accedere Breuonum pro caricando vnam fontannam(!), quod non debet, tum propter prefatum pactum tum quia si dictus Martinus vellet uel posset aliquid caricare, ipse

1) Iz teksta te isprave ne vidimo, nego tek iz marginalne bilješke, kome se dužnik obvezuje dati zalog.



http://library.foi.hr

ser Antonius est promptus et paratus in dicta marciliana tot seccaticias caricare quot idem Martinus vellet, quapropter prefatus ser Antonius... protestatus fuit contra predictum Martinum.....

**Pro Tomasino contra Bartolomeum et Grisanum.**

Vltrascriptis die ac loco. Coram suprascripto domino iudice existente cum iudice Vito condam ser Matchi comparuit Nicolaus Tomasini de Vegla asserens et dicens qualiter concessit vnum ranpegonum a barcha sanum et integrum et nullibi fractum Bartolomeo Matiucij de Firmo iam pluribus mensibus elapsis, quem ranpegonum dictus Bartolomeus concessit Grisano de voluntate et consensu dicti Nicolai, nunc vero prefatus dictus(!) Grisanus predictum ranpegonum misit ad ipsum Nicolaum fractum in duobus locis, ideo non vult eum ranpegonum acceptare, idcirco protestatur aduersus prefatos Bartolomeum et Grisanum seu ipsorum alterum qui reperietur in hoc culpabilis de valore dicti ranpegoni.

**Pro ser Rainaldo de Teruisio contra Chirinum Spinsich.**

Die XXV mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus generoso millite domino Martino Raunacher, vicecapitaneo, ser Mauro Vidonich, ser Vito Barulich, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Chirinus Spinçich, ciuis dicte Terre Fluminis,... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Rainaldo de Ferundis de Teruisio... ducatos trigintatres boni auri et iusti ponderis, et hoc pro panno habito a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori siue ser Dominico de Iuliano de Tergesto Tergesti usque ad festum... hac condicione et pacto quod.....

**Presentatio Dominici de Schapim de Vegla.**

Die tercio mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Rafaele de Fossambruno, Barulo Chergnaueçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro ser Vito Barulich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Dominicus, filius Iohannis de Schapim de Vegla asserens et dicens qualiter eius predictus pater emit a condam presbitero Iohanne, olim primicerio Veglensi, in dicta Terra Fluminis vnam vineam positam in districtu Vegle, quam soluere tenetur per terminos, idcirco idem Dominicus, nomine dicti patris sui, ducatos sex auri presentauit coram prefato iudice Nicolao condam dicti presbiteri Iohannis, tanquam heredi predicti presbiteri Iohannis.

S. 472.

**Testificationes pro Georgio Contouich.**

Die tercio mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti. Coram nobilibus viris ser Mauro Vidonich et ser Vito Barulich, ad presens iudicibus dicte Terre Fluminis, constituti presbiter Vitus Scholich, iudex Vitus Matronich, Vitus Mateieuich, testes producti per Georgium Contouich in lite et



http://library.foi.hr

differentia, que erat inter ipsum et Luciam Martognam pro andronela inter domos dictorum existente et pro fenestra que est super dicta andronela, dixerunt et testificati fuerunt omnes vnanimiter et concorditer qualiter dictus Georgius rogauit ipsos testes quod accederent cum eo ad dictam Luciam, et sic, precibus eius accesserunt. Que Lucia interrogata super prescripta differentia dixit: »Uerum est quod nos fecimus fenestram super dicta andronela cum voluntate et consensu condam Stefani Gerdafcich permansuram usque ad eius voluntatem, et quod dicta andronela tota pertinet domui dicti condam Stefani, et est super eius teritorio«. Et hoc fuit de anno presenti, sed de die non recondantur precisse(!) neque de mense.

**Procura ser Lodouici Salomonis de Venetijs.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus ser Mauro Vidonich, ser Vito Barulich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique ser Lodouicus Salomonis ser Benedicti de Venetijs, tanquam commissarius ser Bartolomei Negro de Murano et gubernator filiorum suorum et nepotum dicti condam ser Bartolomei... fecit, constituit, creauit, et ordinauit prefatum ser Benedictum, patrem suum... suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad comparendum coram quibuscunque dominis cuiuscunque officij comunis Venetiarum Venetijs ad apponendum et contradicendum cuicunque clamori siue clamoribus facto uel factis pro venditione vnius domus dicti condam ser Bartolomei, posite in Murano, siue ipsi venditioni, pro reseruatione iurium commissarie dicti condam ser Bartolomei.....

**Procura iudicis Rosso.**

Die sexto mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito sarctore condam Georgij, Martino cerdone condam Gregorij, Marco Golçich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Vitus condam ser Matchi, ciuis dicte Terre Fluminis... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Antonium et Florum, fratres et filios suos... suos ueros et legitimos procuratores... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa tam in partibus Istrie quam alibi.....

**Pacta iudicis Nicolai et Nicolai Freauf.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Antonio, eius filio, Vito Mateieuich, omnibus et cetera testibus... Ibique Nicolaus Freauf, habitator Labaci, dare et consignare promisit iudici Nicolao Micolich in dicta Terra Fluminis milliaria quadraginta boni ferri per terminos infrascriptos, videlicet... et tunc prefatus iudex Nicolaus dicto Nicolao dare et numerare debeat ducatos centum auri vltra ducatos centum,
S. 473. quos dictus Nicolaus recepit nunc (S. 473) pro ara et parte solutionis... pro precio et foro ducatorum duodecim pro singulo



http://library.foi.hr

milliario ferri, et pro residuo valoris dicte quantitatis ferri prefatus iudex Nicolaus predicto Nicolao dare et consignare debet oleum bonum pro precio ducatorum triginta quinque auri pro singulo milliario .....

**Pro monasterio sancti Augustini contra dominum Iohannem Çichouer.**

Die octauo mensis Octobris. In monasterio sancti Augustini ordinis heremitarum in Terram Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Vito Barulich, iudice Nicolao Micolich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique circumspecti et generosi millites dominus Martinus Raunacher et dominus Iacobus, eius nepos .....[1]

**Pro Gaspare de Firmo contra Georgium de Labaco.**

Die nono mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Francisco condam Petri de Fano, Iohanne Stefani magistri Laurentij de Pisauro, Nicolao Cole de Firmo, omnibus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Georgius Rumpler de Labaco, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Gaspari Antonij Ade de Firmo ... ducatos octoaginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro mercancijs habitis a dicto creditore .....

**Pro ser Bartolomeo Teruisano contra Michetum.**

Die X⁰ mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Agnolo Ruscho de Venetijs, Blasio cerdone condam Antonij, testibus ... Ibique Michael caupo fuit contentus et confessus sibi integre solutum et satisfactum fuisse a ser Bartolomeo Teruisano de Venetijs pro affictu domus dicti Michaelis, in qua habitat, usque ad presentem diem et a presenti die usque ad vnum annum proxime futurum.

**Pro suprascripto contra prescriptum Michetum.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Michael caupo fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse mutuo ac nomine mutui a ser Bartolomeo Teruisano de Venetijs libras trigintaquinque et solidos XIIIJ paruorum .....

**Pro iudice Iacobo Micolich contra Michetum.**

Die XIJ mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Alexa(n)dro, Agnolo Ruscho de Venetijs, testibus ... Ibique Michael caupo ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micolich ... libras triginta vnam paruorum pro vino dicti creditoris vendito ad tabernam .....

1) Tako u izvorniku ta isprava ostala nedovršena.



http://library.foi.hr

**S. 474. Pro magnificis dominis nostris contra Chirinum Spinçich.**

Die XXJ mensis Octobris. In palatio illustrium dominorum nostrorum, presentibus generosso millite domino Martino Raunacher, iudice Nicolao Micolich, Iacobo eius fratre, testibus . . . Ibique Chirinus Spinçich de Castua, ciuis dicte Terre Fluminis . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere generoso viro domino Tome Elachar, capitaneo Sinoxechij . . . vice ac nomine illustrium dominorum dominorum Bolfungi et Reimperti de Walse, fratrum, dominorum nostrorum gratiossorum, ducatos centum boni auri et iusti ponderis nomine mutui . . . . .

**Pro ser Nicolao de Ragusio contra dominum Nicolaum de Barnis.**

Die XXV mensis Octobris. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Rafaelis de Fossambruno, coram ambobus iudicibus et consilio Terre Fluminis constituti ser Bartoleomeus Teruisano de Venetijs, Prodanus de Pago, et Iacobus Cigantich, ambo ciues dicte Terre Fluminis, qui ad requisitionem ser Nicolai Nicolai de Ragusio, missi fuerant a dicto regimine ad videndum, considerandum, et prouidendum si damnum occursum de oleo generosi millitis domini Nicolai de Barnis, fusso in naueta prefati ser Nicolai, fuit ex defectu prefati ser Nicolai, patroni, aut ex defectu vassorum, dixerunt et retulerunt, quod eorum iudicio, extimatione, et parere, quod oleum fussum non fuit propter defectum prefati patroni, eo quod vassa fuerint et sint bene stiuata, intachata, et ordinata secundum debitum ordinem, nec sibi aliquid possit opponi, sed quod fuit ex defectu vassorum, et quod prelibatus Prodanus posuit manum sub vna vegete, et erat tota balneata oleo. Et dixerunt et asseruerunt suprascripta vera esse per eorum conscienciam et fidem.

**Pro ser Ançulino de Florentia contra Vorichum de Labaco.**

Die vltimo Octobris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo mei notarij infrascripti, presentibus Rafaele de Fossambruno, Martino aurifice condam Dominici, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Vorichus piliparius de Labaco fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a ser Ançelino Bonfiolo de Florentia ducatos centum et quinquaginta auri. Pro quibus dare debet ferrum bonum et consignare in dicta Terra Fluminis pro precio ducatorum duodecim auri pro singulo milliario pro tota dicta quantitate pecunie. Qui Vorichus etiam a dicto ser Ançulino accipere debet et tenetur milliaria decem olei pro precio ducatorum trigintaquatuor auri pro singulo milliario . . . Pro qua olei quantitate dictus Vorichus dare et consignare debet ferrum bonum in dicta Terra Fluminis pro precio ducatorum tresdecim pro singulo milliario, cuius ferri quantitatem dare debet per terminos infrascriptos, videlicet . . . . .



http://library.foi.hr

S. 475.
**Pro iudice Iacobo contra Iuanussium.**

Die secundo mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iacobo Cigantich, Floro Rossouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes Iurieuich, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micolich ... libras quadraginta duas et solidos septem paruorum, et hoc pro vino habito a dicto creditore .....

**Pro Petro balistario contra Iacobum Maliuanich.**

Die tercio mensis Nouembris. In domo infrascripti mei notarij, presentibus Rafaele de Fossambruno, Ambrosio Dolinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Maliuanich ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Petro balistario condam Iohannis ... ducatos quadraginta boni auri et iusti ponderis et solidos sexagintaocto paruorum, et hoc pro ferro habito a dicto creditore ... E ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam maraleam magnam, et ortum positum in Luchi.

**Pars capta quod trebianum non vendatur ad spinam.**

Die quinto mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti per dominos plebanum, iudices, et consilium dicte Terre Fluminis capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet, quod nulla persona cuiusuis condicionis existat audeat nec presummat vendere trebianum ad minorem mensurem quam ad vedrum nec in mensa neque extra mensam, neque in hospicio aut extra, nec de nocte neque de die, sub pena librarum quinquaginta paruorum, et perdendi vinum. Cuius pene tercia pars sit accusatoris, et non possit fieri aliqua gratia, nisi per totum consilium, nec intelligatur dicta pars fore reuocata et annichilata nisi per dictum consilium reuocetur et annichiletur, intelligendo quod semper dictum deuedum[1] et prohibitio omni anno annuatim incipiat in die sancti Michaelis de mense Septembris, et duret per totam diem Epifanie. Que omnia fuerunt die prescripto, voce preconia, proclamata per Valentum publicum preconem, in locis consuetis.

**Pro ser Iohanne de Sancto Seuero contra dominum Nicolaum de Barnis.**

Die sexto mensis Nouembris. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Francisci condam Petri de Fano, presentibus ipso Francisco, ser Dominico de Fantonis de Florentia, ambobus mercatoribus in dicta Terra Fluminis, testibus ... Ibique circumspectus milles dominus Nicolaus de Barnis, ciuis dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Iohanni de Sancto Seuero de Appullia, mercatori in dicta Terra Fluminis ... ducatos centum et viginti boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro habito a dicto creditore .....

1) »deuedum« = zabrana.



http://library.foi.hr

**S. 476. Protestus iudicis Mauri.**

Die octauo mensis Nouembris. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Rafaelis de Fossambruno coram dominis iudicibus et consilio dicte Terre Fluminis comparuit iudex Maurus Vidonich asserens et dicens qualiter nunc cum est senex grauis et impotens oportet quod accedat ad illustres dominos nostros ob causam iudicis Matei condam ser Donati eo quod non vult sibi in iure respondere in dicta Terra Fluminis, prout idem iudex Mateus dixit cum peteretur a iudicibus qua in causa vellet habere literam recommendationis ipsorum ad prefato(!) illustres dominos: »Ego peto literam aduersus iudicem Maurum, quia volo me tueri aduersus ipsum coram prefatis illustribus dominis«. Quapropter predictus iudex Maurus... protestatus fuit contra dictum iudicem Mateum.....

**Responsio iudicis Matei.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Coram suprascriptis dominis iudex Mateus condam ser Donati respondit iudici Mauro Vidonich cum fuit protestatus aduersus ipsum, quod iudicem Maurum non prouocat neque protrahit ad illustres dominos nostros, sed vadit ad ipsos dominos ut tueatur iura sua.

**Pacta iudicis Nicolai et Enrici de Labaco.**

Die nono mensis Nouembris. In suprascripto loco, presentibus domino presbitero Gaspare, plebano, Vito sarctore condam Georgij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Enricus Formar, nepos Iacobi coqui de Labaco, nomine ipsius Iacobi, fecit talem conuentionem et pactum cum iudice Nicolao Micolich, videlicet quod dictus Enricus accipere debet a predicto iudice Nicolao milliaria sex olei pro precio et nomine precij ducatorum trigintaquatuor auri pro singulo milliario, et vnum milliare ficuum pro precio et nomine precij ducatorum vndecim auri. Pro qua quidem olei et ficuum quantitate et ducatis quinquaginta auri... prefatus Enricus dare et designare (debeat) dicto iudici Nicolao in dicta Terra Fluminis pelles ducentas magnas, illius sortis cuius fortis fuerunt et bonitatis pelles quas habuit a Iacobo Sommer, pro precio ducatorum sex auri pro singula balla id est pro pellibus decem, et pro residuo ferrum bonum de Vlspergo[1]) pro precio et nomine precij ducatorum duodecim auri cum dimidio usque ad.....

**Pro Martino Spinçich contra Nicolaum de Vegla.**

Die X⁰ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Babich, Toma Mocenigo, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Nicolaus condam presbiteri Iohannis Belamama de Vegla... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Martino, filio Chirini Spinçich... ducatos viginti boni auri et iusti ponderis, et hoc pro rebus apotece ab ipso habitis.....

1) Drugdje u kodeksu nalazimo većinom »de Ospergo«.



http://library.foi.hr

**Pro Cipriano Fariçich contra Blasuthum.** Die XIIIJ mensis Augusti[1]. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino Satanni, Georgio Contouich, Simone pilar, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Blasutus condam Petri fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Cipriano Fariçich libras oct(o)aginta sex paruorum, quas dictus Ciprianus receperat in dotem et nomine dotis Susche, olim uxoris eius, et condam filie dicti Blasuthi.

S. 477.

**Pro ser Lodouico de Venetijs contra iudicem Maurum.** Die XV mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Iurco de Dreuenico, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Maurus Vidonich ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Lodouico Salamonis de Venetijs ... libras octoaginta paruorum, et hoc pro quatricentis seccaticijs, quas ab ipso habuit Alegretus Iohannis de Subinico, pro quo Alegreto dictus iudex Maurus se constituit fideiussorem et principalem debitorem .....

**Sequestrum Martini aurificis et Mande, eius cognate.** Die XVJ mensis Nouembris. In platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Michaele cerdone, Iacobo Maliuanich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram ser Stefano Blasinich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Martinus aurifex condam Dominici asserens et dicens se debere habere a Malgarita Patchurichia libras sex et solidos XVJ, et quod Manda, eius cognata, et uxor Petri, similiter habere debet a dicta Malgarita libras sex. Ideo dictus Martinus, suo nomine et nomine dicte Mande, interdicit et sequestrat omnia et singula bona dicte Malgarite, posita in dicta Terra Fluminis et eius districtu.

**Pro Antonio Sperono contra Iacobum Maiuanich.** Vltrascriptis die ac loco, presentibus Paulo barberio, Iuanusio Çorçeuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Maliuanich ... dare et numerare promisit ser Antonio Sperono de Venetijs siue eius procuratori libras nouem et solidos sexdecim paruorum subito in eius redditu ab insula Chersi, quos denarios dicto ser Antonio dare tenetur Gregorius Regutauaç pro vino ab ipso habito.

**Procura Nicolai de Vegla in Blasiçam cerdonem.** Die XVIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Bartolo Melcherich, Toma Mocenigo, testibus ... Ibique Nicolaus filius presbiteri Iohannis de Vegla ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Blasium cerdonem condam Antonij, presentem et cetera, suum verum et legitimum procuratorem ... in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs, que et quas quomodocunque habet siue habiturus est cum Bernardo de Rainaldis de Florentia ... in dicta Terra Fluminis .....

1) Tako u tekstu »Augusti« u slijedu isprava »Nouembris«. Do tog je došlo ili omaškom ili je isprava zaista »Augusti« naknadno unesena na dnu stranice kodeksa.



http://library.foi.hr

**Procura Chirini Spinçich in Blasiçam cerdonem.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Georgio Golçich, Marco eius fratre, testibus... Ibique Chirinus Spinçich de Castua... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Blasium cerdonem condam Antonij... suum verum et legitimum procuratorem... in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs, que et quas habet siu e habiturus est cum Bernardo de Rainaldis de Florentia, in dicta Terra Fluminis.....

**Pacta Matei Iuriçich et Filipi et Benedicti.**

**S. 478.**

Die XX mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Rafaele de Fossambruno, Agnolo Ruscho de Venetijs, Grisostomo Nicolai de Firmo, omnibus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Mateus Iuriçich de Capela, habitator in Sancto Vito, talem conuentionem et pactum fecit cum ser Filipo de Buccelis de Florentia et Benedicto Cineli de Porusco, videlicet quod prefatus Mateus accipere debeat tantum oleum et crocum, id est çafranum, a suprascriptis Filipo et Benedicto, quantum ascendat ad summam ducatorum trecentorum et viginti octo auri pro precio inter ipsas partes conuento. Pro qua quidem olei (S. 478) et croci quantitate predictus Mateus prefatis Filipo et Benedicto dare et consignare promisit ac tenetur tantum ferrum bonum pro precio ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario in dicta Terra Fluminis, quantum ascendat ad suprascriptam summam ducatorum trecentorum et viginti octo auri. Et quod prefati Filipus et Benedictus dare et numerare debeant dicto Mateo ducatos centum et sexaginta auri in prompta pecunia. Pro quibus ducatis centum et sexaginta dictus Mateus dare et consignare promisit ac tenetur in dicta Terra Fluminis prelibatis Filipo et Benedicto ferrum bonum pro precio ducatorum duodecim pro singulo milliario.....

**Pro Chirino Spinçich contra Stefanum Mortath.**

Die XXJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Blasiça cerdone, testibus... Ibique Stefanus Mortath fuit contentus se emisse vnum vassellum plenum vino a Chirino Spinçich... tenute modiorum vndecim uel circa, positum in canipa Iohannis Babich pro precio solidorum sexaginta nouem pro singulo modio... Et ad maiorem cautellam dicti Chirini dictus Mortath obligauit et pro speciali pignere designauit suam vineam, sitam in Schurigna.

**Contrados Elene.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Vito Mateieuich, Stefano Mortath, Georgio Simonich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iohannes Cacobonich de Muschieniça promisit Elene, uxori sue, et olim ancille Marie Rigaçichieue, pro contradote et nomine contradotis vnam vineam, positam iuxta Muschieniçam, et vnum ortum, quem habuit a comunitate Muschieniçe..... Item dedit medietatem sue domus dicte Elene si ipsum



http://library.foi.hr

mori contingerit ante eam, quod valeat in dicta medietate domus habitare, et ipsam vsufructuare quousque uixerit, et vitam vidualem duxerit.....

**Pro Chirino Milçich contra Blanchum de Pago.**

Die XXIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iacobo Tonchouich, Adriano de Valprinacio, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Blanchus de Pago... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Milçich... libras triginta septem paruorum, et hoc pro plegiarijs et debito proprio... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam domum iuxta Fluuium, soluendo tamen prius debitum Laçari de Tergesto, cui dicta domus est obligata prius pro ducatis tribus auri.

**Pro Ambrosio Obadich contra Ambrosium Radolich.**

Die XXIJ mensis Nouembris. In domo habitationis Ambrosij Radolich, presentibus iudice Stefano Blasinich, Georgio sarctore condam Stefani, Agabito Contouich, testibus... Ibique Ambrosius predictus... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Ambrosio Obadich... libras quadraginta paruorum, et hoc pro resto solutionis vnius bareti, positi in Scurigna, quod fuit Matei Laus, quodque baretum dictus Ambrosius Radolich emit a prescripto creditore pro libris centum et decem.....

**S. 479.**

**Procura ser Nicolai de Ragusio in filium suum.**

Die XXIIJ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Floro Rossouich, Iusto Samburich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique ser Nicolaus Nicolai de Ragusio... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Mateum, filium suum... suum uerum et legitimum procuratorem... ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

**Pro Ançe Schuben contra Martinum cerdonem.**

Die XXIIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Alexandro, iudice Iurcho de Dreuenico, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Martinus cerdo de Labaco, ciuis dicte Terre Fluminis... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iohanni Schuben de Lach... ducatos triginti boni auri et iusti ponderis.....

**Pro Chirino Spinçich incantus.**

Die XVIJ mensis Aprilis.[1] In publika platea Terre Fluminis sancti Viti coram nobili viro ser Vito Barulich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Chirinus Spinçich, asserens et dicens se debere habere a Iohanne Alegreti de Curçula duca-

1) Tako u tekstu: iza slijeda isprava odnosno unesaka s oznakom mjeseca »Nouembris«, slijedi ta i još dvije slijedeće isprave s oznakom datuma »Aprilis«. Do tog je, vjerojatno, došlo tako, da su, na praznom odnosno neispisanom dijelu stranice, naknadno unesene neke isprave ranijeg datuma. To vidimo i po tome, što su te isprave pisane drugom, jačom, tintom.



http://library.foi.hr

tos quadraginta quatuor auri, et supplicans ipsi domino iudici dignetur mandare Valentino, publico preconi, quatenus remos mille uel circa, quos dictus Iohannes emit ab ipso Chirino, positos partim in Prelucha, et partim in Reçiçe, et partim in littore maris ante dictam Terram Fluminis, incantare debeat, et plus offerenti deliberare, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis.

**Commissio.** Qui dominus iudex audita et intellecta suprascripta supplicatione, et considerans ipsam fore iustam, illico mandauit prefato Valento, publico preconi, quatenus suprascriptos remos incantare debeat pro suprascripto debito et expensis, et plus offerenti deliberare, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis.

**Deliberatio.** Die XXV mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Bernardo de Rainaldis de Florentia, Blasio macelatore condam Georgij, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram suprascripto domino iudice comparuit Valentus, preco prefatus, asserens et dicens se incantasse et subastasse suprascriptos remos tribus diebus continuis, ut moris est, et nullus comparuit qui se offereret daturum tantum quantum Laurentius Spinçich, qui se obtulit daturum ducatos quadraginta quatuor auri et solidos XX. Idcirco ipse preco vigore sui officij de licencia prescripti domini iudicis suprascriptos remos deliberauit predicto Laurentio Spinçich, tanquam plus offerenti, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis ...

**Pro Bartolomeo Matiucij contra Iacobum Sommer.** Vltrascriptis die ac loco, presentibus Christoforo Bachinich, Iohanne de Fantonis de Florentia, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Sommer de Labaco ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Batrolomeo Matiucij de Firmo ... ducatos nonaginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro mercancijs habitis a dicto creditore. Pro quibus quidem ducatis 90 dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum bonum et mercimoniale pro precio et nomine precij ducatos XIIJ pro singulo milliario usque ad .....

**Pars capta pro obligationibus et permissionibus non obseruandis nisi sint prout ante.** Die XXVIIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti per generosum virum dominum Iacobum Raunacher, capitaneum, iudice, et consilium Terre Fluminis, capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet quod ab hodierna die in antea obligationes, permissiones, et pacta que fient in dicta Terra Fluminis sint contra consuetudines dicte Terre Fluminis, et non debeant obseruari nisi sint scripte in actis cancelarie per cancelarium siue eius vicegerentem, etiam si facte assent coram iudicibus et testibus.



http://library.foi.hr

**S. 480.**
**Accordatio Eufumie cum Mateo cerdone.**

In Christi nomine. Amen. Anno Natiuitatis eiusdem millessimo quadrigentessimo quinquagessimo tercio, indictione prima, die XXVIJ mensis Decembris (in) Terra Fluminis sancti Viti, in domo infrascripti Matei, presentibus Iacobo Maliuanich, Nicolao Venecianich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Stana, ad presens ancilla Antonij muratoris de Pisauro... tradidit Mateo cerdoni condam Pauli de Dresenico,[1] presenti, et acceptanti Eufumiam, filiam ipsius Stane et Butchi, fratris dicti Matei, pro filia adoptiua hac condicione et pacto, quod.....

**Pro Veneciano contra Chirinum Spinçich.**

Die XXVIIJ mensis Decembris. In stuba castri Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Baldasare Pernerstorfer, Georgio Slatovlasaç,[2] testibus... Ibique Chirinus Spinçich designauit Veneciano de Cregnino.. pro speciali pignere vnam vegetem plenam vino rubeo, positam in canipa Iohannis Babich pro ducatis quatuor auri, et starijs tribus frumenti, quos dicto Veneciano dare tenetur Iohannes vilanus de Los vsque ad festum... et hoc promisit dictus Chirinus prefato Veneciano precibus Iohannis piliparij, filij Hostermani habitatoris Los, hac condicione, quod.....

**Pro Iohanne pilipario contra Iohannem vilanum.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique cum Iohannes piliparius, filius Hostermani, habitator in Los, promiserit Chirino Spinçich quod si perdiderit vinum, qudo obligauit et pro pignere designauit Veneciano de Cregnino pro ducatis quatuor auri et starijs tribus frumenti, quos ducatos et frumentum ipsi dare tenetur Iohannes vilanus, idcirco dictus Iohannes vilanus prefato Iohanni pilipario promisit ipsum seruare indemnem et eidem reficere omne damnum et expensas.....

**Pro iudice Nicolao contra Nicolaum Freauf.**

Die tercio mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Rafaele de Fossambruno, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Nicolaum Freauf de Labaco... dare et consignare promisit iudici Nicolao Micolich in dicta Terra Fluminis usque ad festum... milliaria viginti duo et libras octingentas et quinquaginta boni ferri de Ospergo, pro quibus fuit contentus et confessus sibi integre solutum et satisfactum fuisse a predicto iudice Nicolao in ratione ducatorum duodecim auri pro singulo milliario. Si tamen prefatus debitor mittet pelles magnas predicto creditori, teneatur ipsas accipere pro precio ducatorum quatuor auri et vno quarto pro singulo centenario ponderis, diffalcandas in suprascripta quantitate ferri.....

1 Tako u izvorniku, a ne »Dreuenico«.
2) To prezime pisano u izvorniku zapravo ovako: »SlatoVlasaç«.



http://library.foi.hr

**Pro Iohannis de Sancto Seuero contra Nicolaum Freauf.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus presbitero Iohanne Susselich, Emerico fabro condam Blasij, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Freauf de Labaco ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Iohanni de Sancto Seuero de Appulia ... ducatos quadraginta septem cum dimidio boni auri e tiusti ponderis, et hoc pro cabris duodecim olei et ficubus, habitis a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis tantum ferrum bonum de Ospergo, quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie, pro precio et nomine precij ducatorum duodecim auri cum dimidio pro singulo milliario per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro Gaspare de Firmo contra Nicolaum a Rocha et Georgium de Labaco. S. 481.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Mauro Vidonich, Francisco condam Petri de Fano, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus condam Iohannis a Rocha et Georgius Rompler de Labaco, habitatores dicte Terre Fluminis, simul et in solidum ... fuerunt contenti (S. 481) et confessi se iuste teneri et dare debere Gaspari condam Antonij de Firmo ... ducatos viginti boni auri et iusti ponderis ..... ,

**Protestus Chirini Spinçich.**

Die XJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Coxarich, Floro Rossouich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobilibus viris ser Stefano Blasinich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, et ser Vito condam ser Matchi, existente iudice loco ac vice iudicis Viti Matronich, comparuit Chirinus Spinçich asserens et dicens qualiter coactus fuit per regimen dicte Terre Fluminis ad dandum et soluendum Antonio Matei de Tergesto, tanquam nuncio ser Dominici de Iuliano de Tergesto ducatos triginta tres auri, pro quibus dedit pro pignere possessionem supra(!)[1] qua habitat Gergina Cigulich de Castua et cum nil ipse Chirinus teneatur predicto Antonio, et dixerit se velle dicto Antonio respondere coram domino capitaneo Diuini, tamen coactus ut non intraret carceres, designauit suprascriptum pignus. Idcirco ... protestus fuit de ducatis centum auri si ipsam perdiderit aduersus eum uel eos, cuius uel quorum causa ipse perdet supracriptam possessionem.

**Sententia Chirini Spinçich et Pauli de Sirolo.**

Die XIJ mensis Ianuarij. Iudices et consiliarij Terre Fluminis sancti Viti, sedentes in Barbachano dicte Terre Fluminis pro tribunali, audiuerunt, rectificauerunt, et confirmauerunt, sententiam latam per ser Maurum Vidonich et ser Vitum Barulich, tunc temporis iudices dicte Terre Fluminis ... que relatu dictorum iudicum talis fuit: Coram ipsis existentibus in statione ser

1) Tako u tekstu »supra qua« grješkom mjesto »super qua«. Notar je tu upotrebio krivi znak kratice »supra« mjesto »super«.



http://library.foi.hr

Rafaelis comparuit Chirinus Spinçich petens a Paulo de Sirolo datium mensure vini pro modijs sexaginta vini in ratione solidorum sex pro singulo modio, quos dicebat dictum Paulum vendidisse in festo... extra dictam Terran Fluminis, presente dicto Paulo et respondente, quod verum est quod ipse vendidit quamplures modios vini extra dictam Terram Fluminis ad modium, sed non ad spinam ad minutum, et quod pro eo quod vendiderat ad minutum libenter soluere volebat secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis. Qui Chirinus dicebat: »Ego volo quod soluas pro LX[ta] modijs«. Tandem habitis multis altercationibus simul prefatus Paulus dixit: »Si uis iurare quod vendiderim LX[ta] modios vini ad minutum, volo tibi soluere libenter pro ipsis«. Qui Chirinus respondit: »Ego nolo iurare«. Vnde prefati ser Maurus et ser Vitus, audita et intellecta petitione et responsione predictorum Chirini et Pauli, terminauerunt et sententiauerunt, quod prefatus Paulus soluere debeat datium pro tot modijs pro quot iurare audebit se vendidise ad minutum, dumtaxat dictus Chirinus velit et requirat. Qui Chirinus respondit: »Ego nolo quod iuret pro meo, sed volo quod soluat michi pro LX[ta] modijs, quos scio ipsum vendidisse«.

**Pro iudice Nicolao Micolich contra Enricum de Labaco.**

Die XVIJ mensis Ianuarij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Rafaelis de Fossambruno, presentibus Milasino calafato, Toma remerio, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Enricus, nepos Iacobi coqui de Labaco, nomine dicti Iacobi, promisit et se obligauit accipere a iudice Nicolao Micolich tria milliaria olei pro precio et nomine precij ducatorum triginta duorum auri pro singulo milliario. Pro qua quidem olei quantitate predictus Enricus dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis tantum ferrum bonum de Olspergo pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario usque ad festum... hoc addito quod si non dederit ferrum, ut supra, quod tunc teneatur dare promptam pecuniam. Item promisit dictus Enrichus dare et consignare in dicta Terra Fluminis predicto iudici Nicolao Milliaria duo ferri boni de Olspergo pro precio et nomine precij ducatorum duodecim auri pro singulo milliario usque ad suprascriptum terminum.....

**S. 482.**

**Pro domina Passina contra Ilsam, matrem suam.**

Die XVIIJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Blasio de Berberio, Iacobo Maliuanich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Paulus, maritus Ilse, fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse nomine dicte Ilse, uxoris sue, libras sexdecim a Georgio de Labaco, dante et soluente nomine domine Passine, uxoris sue et filie dicte Ilse, vigore vnius sententie late per condam dominum Iacobum Rau-



http://library.foi.hr

nacher, olim capitaneum dicte Terre Fluminis, die XXIIJ mensis Februarij de anno proxime elapso.

**Pro Simone Pilar contra Nicolaum Susselich.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Simone Coxarich, Bencho Rodichieuich, testibus... Ibique Nicolaus Susselich,... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Simoni Pilar, ciui dicte Terre Fluminis... libras viginti octo et solidos octo paruorum, et hoc pro plegiaria siue fideiussione facta dicto Simoni pro Manda, matre dicti creditoris.....

**Protestus Chirini Spinçich.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Simone Pilar, Nicolao Susselich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro ser Stefano Blasinich, honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Chirinus Spinçich asserens et dicens qualiter quamquam dixerit se velle respondere coram domino capitaneo Diuini Antonio infrascripto, tamen fuit coactus per regimen dicte Terre Fluminis ad dandum et designandum pignus Antonio Matei de Tergesto cui nichil dare tenetur, quapropter designauit duas vineas, sitas in districtu Castue, quarum vna fuit condam domini Iohannis Çichouer et altera Iacobi Cusçich. Quapropter protestatus fuit de ducatis viginti octo auri pro dictis duabus vineis si ipsas perdiderit aduersus eum uel eos, cuius uel quorum causa perdet suprascriptas vineas.

**Protestus Chirini Spinçich.**

Die XVIIIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Veneciano de Cregnino, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro ser Stefano Blasinich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Chirinus Spinçich asserens et dicens qualiter coactus per regimen dicte Terre Fluminis dedit ac designauit pro pignere Antonio Matei de Tergesto, cui nichil dare tenetur, vnum Dolacium qui fuit Chrençich et Velli Odar qui fuit çupani Sebegne, et quamuis pluries ac pluries allegauerit se nichil dicto Antonio dare debere nec velle ipsi respondere nisi coram domino capitaneo Diuini, tamen fuit coactus ut supra, idcirco... protestatus fuit de ducatis centum et quadraginta auri si perdiderit suprascriptos Dolacium et Velliodar[1] aduerssus eum uel eos, cuius uel quorum causa perdet suprascriptos Dolacium et Velliodar.

**Pro Antonio de Tergesto.**

Die XXIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Agabito Contouich, Georgio Marolich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro ser Stefano Blasinich, iudice ad presens dicte Terre Fluminis, comparuit Antonius Matei de Tergesto, tanquam nuncius ser Dominici de Iuliano de Tergesto, petens libras quinqua-

1) Tako na tom mjestu »Velliodar«, pisano skupa, a gore u istoj ispravi »Velli Odar«.



http://library.foi.hr

ginta vnam et solidos quinque paruorum a Chirino Spinçich pro expensis per ipsum factis in exigendo a Chirino predicto ducatos XXXIIJ auri et cetera, et hoc vigore instrumenti scripti manu mei notarij infrascripti... presente suprascripto Chirino et respondente quod nil habet agere cum predicto Antonio nec in aliquo ipsi tenetur neque vult sibi aliquid dare, et quod dicto Antonio respondere non intendit coram prefato domino iudice, sed coram suo naturali domino.

**Pro Iohanne Schapin contra Petrum piliparium.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Petrus Laçman, piliparius, ad presens habitator dicte Terre Fluminis ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iohanni Schapin de Vegla... libras trigintasex paruorum, et hoc pro pellibus habitis a dicto creditore .....

**S. 483.**

**Pro ser Lodouico Salamonis contra Iohannem Maçach.**

Die XXIIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Toma remerio, Alegreto Ilijch, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannis Maçach de Lach ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Lodouico Salomonis[1] de Venetijs, mercatori in dicta Terra Fluminis ... ducatos trigintaocto auri. Pro quibus quidem ducatis dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum, illius sortis et bonitatis cuius fuit ferrum quod nunc dicto creditori debitori usque ad festum... pro precio et nomine precij ducatorum duodecim auri pro singulo milliario, sub ...

**Pro Michaele de Subinico contra Iohannem Babich.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Teodoro condam Dominici, Cusma Mulsetich, testibus ... Ibique Laure[1] Chernich sarcinarius ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Michaeli Radolich de Subinico ... libras triginta duas et solidos duos paruorum, et hoc pro oleo habito a dicto creditore ..... Pro quo quidem Laure[1] Iohannes Babich eius precibus, se constituit plegium et principalem debitorem.

**Pro ser Antonio de Firmo contra Iohannem Babich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iohannes Babich, precibus Laure Chernich sarcinarij, promisit ser Antonio Nicolai Christofori de Firmo soluere çabros tres olei, quos prefatus Laure dixit se recipere nomine Leonardi de Stayn, eo modo et pacto quibus tenetur soluere ipsi predictus Leonardus, et hoc si prefatus non scripserit dicto ser Antonio se recepisse prescriptos çabros tres olei, si autem scripserit se ipsos recepisse predictus Iohannes sit liber et absolutus.

1) Tako na tom mjestu »Salomonis«, a in margine »Salamonis«.
1) Tako u tekstu »Laure, a ne »Loure«.



http://library.foi.hr

Pro supra-scripto Michaele contra Ançe Maçach.

Die XXVJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Georgio Glauinich, Floro Rossouich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ad hec uocatis et rogatis. Ibique Iohannes Maçach de Lach fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Michaeli Radolich de Subinico... ducatos vigintiquinque boni auri et iusti ponderis et solidos XIIIJ paruorum, et hoc pro oleo habito a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate prefatus debitor predicto creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis vomeres et clauos, uti simul conuenerunt, usque ad festum.....

Pro iudice Mateo contra Ançe Maçach.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique cum iudex Mateus condam ser Donati se constituit plegium et principalem debitorem Michaeli Radolich de Subinico pro Iohanne Maçach de Lach pro ducatis XXV^e auri et solidis,[1] idcirco dictus Iohannes... promisit dicto iudici Mateo omne damnum, interesse, et expensas,[2] que ipsi hanc ob causam quomodocunque acciderent, et dictum iudicem Mateum omnino conseruare indemnem a suprascripta plegiaria siue fideiussione.

Pro Floro Rossouich contra Vitum sarctorem.

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Stefano Blasinich, Mateo barberio, testibus... Ibique Vitus sarctor condam Georgij,... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Floro Rossouich... libras triginta vnam paruorum, et hoc pro saldo et calculo omnium suarum rationum.....

Pro Iohanne Sabichiane contra iudicem Tonsam. S. 484.

Die XVIIIJ mensis Februarij. In littore maris ante portam Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, Vito Mateieuich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Tonsam condam ser Nicole... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iohanni de Sabichiane... libras sexdecim et solidos tresdecim paruorum.....

Pro iudice Iurcho contra Marinum Soiam.

Die XX mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Chirino Spinçich, Vito Mateieuich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Marinus Soia de Peteligne fuit contentus se habuisse ac recepisse a iudice Iurcho de Dreuenico ducatos viginti auri, et hoc pro partes solutionis ducatorum quadraginta.

1) Tako u tekstu »solidis« bez oznake iznosa.
2) Ispušteno »resarcire ili »reficere«.



http://library.foi.hr

**Pro domino Martino Raunacher contra iudicem Mateum condam ser Donati.** Die XXJ mensis Februarij. In statione infrascripti ser Dominici de Fantonis, presentibus dicto ser Dominico, Baldasare Pernerstestar,[1]) testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere generoso milliti domino Martino Raunacher ... ducatos nouen boni auri et iusti ponderis .....

**Pro prescripto domino Martino contra iudicem Mateum.** Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iudex Mateus condam ser Donati ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere generoso milliti domino Martino Raunacher ... ducatos duodecim boni auri et iusti ponderis .....

**Pro ser Ançulino contra iudicem Mateum.** Die prescripto. In domo iudicis Matei condam ser Donati, presentibus Iohanne Coxarich, Paulo barberio, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Ançulino Bonfiolo, habitatori dicte Terre Fluminis ... ducatos vigintiquinque boni auri et iusti ponderis nomine mutui .....

**Pro Michaele de Subinico contra Tomasinum de Vegla.** Die XXIJ mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Paulo barberio, testibus ... Ibique Nicolaus Tomasini de Caldana de Vegla ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Michaeli Radolich de Subinico ... ducatos trigintaunum boni auri et iusti ponderis et solidos XLJ paruorum, et hoc pro oleo habito a dicto creditore.....

**Pro Georgio Slatho Vlassi contra Iacobum Maliuanich.** Die XXV mensis Februarij. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus Georgio Marolich, Paulo Couaçich, testibus ... Ibique Iacobus Maliuanich ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Georgio SlathoVlassi[2]) ... libras septuaginta paruorum, et hoc pro bareto et oliuarijs in Crassi .....

**S. 485. Finis ser Bernardi de Rainaldis et Chirini Spinçich.** Die septimo mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, iudice Mateo condam ser Donati, Blasio cerdone condam Antonij, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Bernardus de Rainaldis de Florentia et Chirinus Spinçich de Castua, suo nomine ac etiam nomine Martini Spinçich, filij sui, ambo habitatores dicte Terre Fluminis ... fecerunt vnus alteri ad inuicem finem, dimissionem, quietationem, et pactum de vlterius non petendo de omnibus et

1) U tekstu na tom mjestu zapravo stoji nepravilnom kraticom »Pernerstestar«, međutim to isto prezime nalazimo u kodeksu ranije pisano »Pernsterfar«.
2) Tako to prezime pisano u tekstu (»SlathoVlassi«), a in margine rastavljeno (»Slatho Vlassi«).



http://library.foi.hr

singulis ad que quomodocunque vnus alteri teneretur quacunque ratione uel causa usque ad presentem diem tam occasione societatis quam dictus Chirinus siue eius filius Martinus habuit cum dicto ser Bernardo in statione, quam alia quacunque causa, liberans vnus alterum.....

**Pro Chirino Spinçich contra Teodorum condam Dominici.**

Die octauo mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Antonio cerdone Georgij, testibus... Ibique Teodorus condam Dominici... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich de Castua... libra quinquaginta vnam paruorum, et hoc pro saldo et calculo omnium et singularum rationum simul habitarum usque ad presentem diem.....

**Protestus plebani Castue.**

Die nono mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich et Blasio cerdone. Coram ambobus iudicibus dominus presbiter Iohannes, plebanus Castue, protestatus fuit contra iudicem Tonsam, ibidem presentem, singulo itinere quo veniet ad dictam Terram Fluminis pro petendo affictum siue liuellum, quem dare debet ecclesie sancte Marie de Schurigna.

**Pro Iohanne de Lippa contra iudicem Mateum.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Vito sarctore condam Georgij, Blasio cerdone condam Antonij, testibus... Ibique iudex Mateus condam ser Donati fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere magistro Iohanni fabro de Lipa[1] ducatos vigintisex boni auri et iusti ponderis nomine mutui.....

**Diuisio bonorum condam Çacharie Golçich.**

Die XIIJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti coram ambobus iudicibus Teodorus condam Dominici et Georgij Contouich retulerunt qualiter de consensu et contentu(!) Barbare, olim uxoris Çacharie Golçich, et Catarine Golçe et Georgij ac Marci Golçich, fratrum, diuiserunt bona que fuerunt dicti Çacharie, et quilibet accepit partem suam, et fuit contentus, reseruato tamen iure dicte Barbare pro contradote, quam dixit sibi prefatus condam Çacharias promisisse, et etiam reseruato vno sacco lane, videlicet libris 100, qui est comunis inter dictas partes.

**Pro Catarina Golça.**

Vltrascriptis die ac loco. Prefati Teodorus et Georgius retulerunt qualiter Pinossa, mater prescripte Barbare, se constituit plegiam et fideiutricem pro dicta Barbara, filia sua, pro parte debitorum factorum per dictum condam Çachariam, dum fuerunt simul in matrimonio.

1) Tako u tekstu »Lipa«, a in margine »de Lippa«, t. j. s dva »p«.



http://library.foi.hr

Relatio pro liuello orti domini Nicolai de Barnis, et orti iudicis Tonse, sitorum in Luchi, soluendo ecclesie sancte Marie de Schurigna.

Die XIIIJ mensis Marcij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Rafaelis de Fossambruno, presentibus Vito Mateieuich, Cusma Mulsetich, Blasio cerdone condam Antonij, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobilibus viris ser Stefano Blasinich, ser Mateo condam ser Donati, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, iudice Nicolao Micholich et iudice Iacobo, eius fratre, ambobus consiliarijs dicte Terre Fluminis, comparuerunt Martinus Santanni, Georgius sarctor condam Stefani, Teodorus condam Dominici et Blasuth condam Petri, missi per regimen dicte Terre Fluminis, ad considerandum, extimandum, et prouidendum ortum domini Nicolai de Barnis, situm in Luchi, et ortum iudicis Tonse condam ser Nicole, qui orti tenentur soluere singulo anno ecclesie sancte Marie de Schurigna libras sex pro liuello, asserentes et dicentes in eorum conscientiam quod mensurarunt et diligenter examinarunt prescriptos ortos ita quod prefatus dominus Nicolaus tenetur et debet singulo anno soluere suprascripte ecclesie sancte Marie libras quinque et solidos quatuor paruorum pro orto,
S. 486. quem ipse possidet, (S. 486) et iudex Tonsa tenetur et debet singulo anno soluere solidos sexdecim prefate ecclesie sancte Marie proliuello pro orto, quem ipse possidet, et hoc presentibus suprascriptis domino Nicolao et iudice Tonsa, et contentantibus.

Pro fraternitate sancti Michaelis contra Lucacium et Valentum

Die XVIIJ mensis Marcij, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Blasio cerdone condam Antonij, testibus... Ibique Lucacius et Valentus, eius gener, fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere Simoni Pilar, tanquam gastaldioni fraternitatis sancti Michaeli, libras sexaginta paruorum, et hoc pro vna muralea et vno orto sibi contiguo, ipsis debitoribus vendito[1] .....

Procura Marine et Cusmice de Castua.

Die XX⁰ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Agnolo Bruscho de Venetijs, Ambrosio Dolinich, Iohanne Babich, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Marina et Cusmicha, sorores et filie condam Iohannis condam Luce de Castua... fecerunt, constituerunt, creauerunt, et ordinauerunt Mariam, uxorem magistri Iohannis carpentarij habitatoris Castue... suam veram et legitimam procuratricem... presertim ad exigendum, petendum, et recuperandum quicquid dictis constituentibus teneretur quacunque ex causa Grisignani et in eius districtu, et tam occasione hereditatis Stefani Vainich quam alia quacunque causa .....

Pro ser Simone de Pisis contra Tomasinum de Vegla

Die XXIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus generoso millite domino Nicolao de Barnis, ser Nicolao Micolich, Francisco condam Petri de Fano, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex

1) »Vendito«, mjesto »venditis«.



http://library.foi.hr

Maurus Vidonich... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Nano Bartolomei Papa de Pisis, tanquam procuratori probi viri Simonis de Pisis, ciuis Pisauri, ducatos quadraginta nouem boni auri et iusti ponderis... Pro quo quidem iudice Mauro Nicolaus Tomasini de Vegla se constituit plegium et principalem debitorem. Ed ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus Nicolaus Tomasini prefato Nano... obligauit et pro speciali pignere designauit suam domum, sitam in dicta Terra Fluminis iuxta heredes condam ser Moysi.

**Pro Tomasino contra iudicem Maurum.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Cum Nicolaus Tomasini de Vegla se constituerit plegium et principalem debitorem Nano Bartolomei Papa de Pisis, tanquam procuratori Simonis de Pisis ciuis Pisauri, pro ducatis XLVIIIJ auri, uti constat instrumento... pro iudice Mauro Vidonich, idcirco dictus iudex Maurus pro suprascripta pecunie quantitate predicto Nicolao Tomasini obligauit et pro speciali pignere designauit suum pastinum siue vineam, sitam prope dictam Terram Fluminis.....

**Pro Tomasino contra Siuichum molendinarium.**

Die XXVJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Laurentio Spinçich, testibus... Ibique Siuichus molendinarijs... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Nicolao Tomasini de Vegla... libras quadraginta duas et solidos quatuordecim paruorum, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta pro Ilia, filio dicti Siuichi.....

**S. 487.**
**Pro ser Nicolao de Treuisio contra Nicolaum de Ancona.**

Die XXVIJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Teodoro condam Dominici, Iacobo Petriçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Nicolaus Antonij de Venetijs, habitator Ancone... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Nicolao Iohannis de Treuisio, habitatori Ancone... ducatos trigintasex boni auri et iusti ponderis et solidos quatuordecim, et hoc pro complemento solutionis milliariorum sex et librarum centum et octoagintaocto picis naualis, quam picem dictus debitor prefato creditori vendidit pro precio ducatorum sex auri pro singulo milliario..... Et ad maiorem cautellam dicti creditori dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit totam dictam quantitate(!) picis, positam in manibus ser Lodouici Salomonis de Venetijs, mercatoris in dicta Terra Fluminis.

**Pro magistro Antonello sarctore.**

Vltrascriptis die ac loco ac testibus. Ambo iudices preceperunt michi qualiter scribere deberem qualiter(!) de eorum mandato Antonelus, sarctor de Iadra, dedit et consignauit çupano Antonio Furclinouich de Castua, tanquam nuncio regiminis Castue, prout constabat litera dicti regiminis, ducatos sex auri pro affictu stationis ecclesie sancti Iacobi a Prelucha, computatis tamen in



http://library.foi.hr

hoc libris vndecim et solido vno, quos prefatus Antonelus dedit Michaeli Radolich de Subinico pro exigendo vnum librum dicte ecclesie, ita quod dictus Antonellus soluit totum affictum dicte stationis ... computando ducatos sex auri quos pręfatus Antonelus dixit soluisse abbati dicte ecclesie sancti Iacobi, presente Martino Spinçich.

**Pro Bartolomeo Passinich de Iadra contra Nicolaum de Vegla.**

Die XXVIIIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Stefano Blasinich, ad presens iudice, ser Bartolo Mateieuich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus condam presbiteri Iohannis Belamama de Vegla, ciuis dicte Terre Fluminis ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Bartolomeo Passinich de Iadra ... libras octoaginta paruorum cum dimidio, et hoc pro mercancijs habitis a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad nundinas Cregnini .....

**Procura Tomasini de Vegla in Vlasium[1] Emerisich.**

Die XXX mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Stefano Mortath, Stefano Cernolich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Tomasinus de Vegla, ciuis dicte Terre Fluminis, ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Blasium Emerisich, habitatorem Cregnini ... suum verum et legitimum procuratorem, ... presertim ad exigendum et recuperandum a Gulielmo Francisci de Bononia, habitatore Iadre, et alia quacunque persona quicquid dicto constituenti teneretur tam occassione vnius mercati lignaminum, scripti manu dicti Gulielmi, ... quam alia quacunque causa .....

**Pro Michaele Radolich contra iudicem Mateum condam ser Donati.**

Die quarto mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, iudice Iurcho de Dreuenico, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Michaeli Radolich de Subinico ... ducatos sex boni auri et iusti ponderis, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta pro Laurentio Plechiecho, sarctore, habitatore Labaci .....

S. 488.

**Pro Michaele Radolich contra iudicem Iurchum.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Stefano Blasinich, iudice Mateo condam ser Donati, testibus ... Ibique iudex Iurchus de Dreuenico ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Michaeli Radolich de Subinico ... ducatos sex boni auri et iusti ponderis, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, facta pro Laurentio Plechchio[1], sarctore, habitatore Labaci. Quos ducatos sex dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori ... Segne super nundinis, in prompta pecunia ...

1) In margine pisano »Vlasium«, a u tekstu isprave »Blasium«.
1) Tako na tom mjestu u kodeksu »Plechchio«, a u prednjoj ispravi isto prezime nalazimo pisano »Plechiecho«.



http://library.foi.hr

**Pro Francisco Crabunos contra Iurssanum Glauinich.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Stefano Blasinich, Mochoro Seualich, testibus ... Ibique ser Georgius Glauinich fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Francisco Bucij de Ortona vnum vassellum plenum vino tenute modiorum decem uel circa pro precio librarum trium pro singulo modio, valorem cuius vini dare et soluere promisit dicto Francisco usque ad festum .....

**Protestus iudicis Mauri.**

Die quinto mensis Aprilis. In statione Rafaelis de Fossanbruno coram generoso millite domino Nicolao de Barnis, iudice Vito Barulich, iudice Iacobo Micolich, ser Dominico de Fantonis de Florentia comparuit iudex Maurus Vidonich asserens et dicens qualiter spectabilis vir dominus Tomas Elachar, capitaneus Sinoxechij, commisit suprascriptis quatuor viris quod audire deberent aliquas differentias, existentes inter ipsum et iudicem Mateum condam ser Donati, et ipsas differentias decidere prout predictis quatuor viris de iure videbitur, et quia dictus iudex Mateus noluit quod prescripti 4$^{or}$ viri deciderent ipsas differentias sed se prouocauit ad prelibatum dominum Tomam Elachar, quapropter oportet ipsum equitare ad prelibatum dominum Tomam, idcirco ipse iudex Maurus ... protestatus fuit contra dictum iudicem Mateum .....

**Pro Massio de Florentia contra dominum Nicolaum de Barnis.**

Die sexto mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Dominico de Fantonis de Florentia, ser Iohanne, eius fratre, Nicolao Belamama de Vegla, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique circumspectus milles dominus Nicolaus de Barnis de Sancto Seuerino ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Masio[1] Donati de Florentia, habitatori Ancone ... ducatos centum boni auri et iusti ponderis, et hoc pro vna pecia panni Damaschini viridis, habita a dicto creditore, renuncians exceptioni ... Pro quibus quidem ducatis centum dare et consignare promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum ... tantum ferrum bonum et mercimoniale in dicta Terra Fluminis, quantum ascendat ad suprascriptam summam ducatorum centum, his pacto et condicione, quod si .....

**Sententia Brigade et Suetine de Lippa.**

Die sexto mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Milasinich, Cipriano Tudrouich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Damianus condam Matei, Ambrosius Radolich, Teodorus condam Dominici et Paulus barberius retulerunt mihi notario infrascripto qualiter ipsi tanquam arbitri electi per Iohannem Brigada et Suetinam de Lipa terminauerunt et sententiauerunt quod prefatus Iohannes non valeat aliquid petere a dicto Suetina nec

1) Tako u izvorniku »Masio« s jednim »s«, a in margine nalazimo »Massio«, t. j. s dva »s«.



http://library.foi.hr

dictus Suetina a prefato Iohanne pro omnibus et singulis differentijs, quas quomodocunque simul habuissent siue habere potuissent quomodocunque pro bonis Apolonie, olim uxoris dicti Suetine et filie condam dicti Iohannis usque ad presentem
S. 489. diem, . . . que deuenire debeat (S. 489.) comuni dicte Terre Fluminis, faciens vnus alteri finem, dimissionem . . . . .

**Pro Dominico de Medulino contra Demitrium.**

Die septimo mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Chirino Spinçich, Laurentio, eius fratre, testibus . . . Ibique Damianus condam Georgij, ciuis dicte Terre Fluminis . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Dominico condam Petri de Vguçone de Medulino . . . ducatos decem boni auri et iusti ponderis, et hoc pro resto solutionis ducatorum sexdecim auri . . . . .[1]

**Pro iudice Nicolao contra Paulum Alegreti de Ragussio.**

Die vndecimo mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Dominico de Fantonis de Florentia, Nicolao Francisci a Rocha, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique cum Iohannes Pauli Alegreti de Ragussio se obligasset dare et consignare iudici Nicolao Micolich milliaria quatuor olei usque . . . que milliaria 4 olei si non dabat in suprascripto termino, quod tunc et eo casu soluere debebat ipsum oleum in prompta pecunia, pro qua quidem olei quantitate siue denarijs dictus Iohannes prelibato iudici Nicolao designauit pro pignere nauignium quod construi facit in littore maris ante dictam Terram Fluminis, et omnia et singula corredia et massaricias, que et quas conduxit de Segna, uti clare constat instrumento . . . idcirco prelibatus Paulus Alegreti, pater dicti Iohannis, promisit predicto iudici Nicolao reficere ducatos viginti auri quandocunque prelibatus iudex Nicolaus subastari faciet suprascripta pignera, dumtaxat tantum deficeret ipsi iudici Nicolao pro satisfactione suprascripti debiti vltra precium quo vendentur prescripta pignera . . . . .

**Protestus Georgij molendinarij.**

Die XVJ mensis Aprilis, presentibus Vito Mateieuich, Marco Golçich, testibus . . . Ibique coram domino capitaneo et consilio, sedentibus in lobia Terre Fluminis sancti Viti, comparuit Georgius molendinarius condam Antonij asserens et dicens qualiter Bartolus Melcherich incantare et subastare facit pastinum et terrenum, quod emit a Eufumia, uxore Ieronimi Obadich, idcirco protestatus fuit contra dictam Eufumiam . . . . .

1) Cijela ta isprava u izvorniku precrtana, te na desnom rubu nalazimo bilješku: »1453. die quinto Decembris. Cancelatum fuit presens instrumentum debiti de voluntate creditoris eo quod existens in portu Farisine, presentibus Toma Srinschiach et Blancho de Pago, dixit mihi notario infrascripto quod hoc instrumentum abolerem. Ego Antonius cancelarius scripsit«.*

* Premda marginalne bilješke o promjenama ili ukidanju ugovora redovito ne donosimo, ovu objavljujemo, jer se u njoj javljaju neka nova imena.



http://library.foi.hr

**Pro Stefano sarctore de Grobinico contra Mochorum Gloich.**

Die XVIJ mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Chirino Spinçich, Iohanne dicto Iagnaç, testibus ... Ibique Mochorus Gloich de Grobinico ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Stefano sarctori, habitatori Grobinici, ... libras octo paruorum, promittens dictus debitor prefato creditori taliter disponere ... quod Gregorius piliparius, qui stat iuxta Fluuium, permittet dare ipsi creditori libras octo, aliter autem possit et valeat prefatus creditor cogi facere ipsum debitorem personaliter vbique locorum .....

**Locatio Iacobi Maliuanich.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Marco Bello, Iacobo Petriçich, testibus ... Ibique Iacobus Maliuanich ... locauit et affictauit Gregorio condam Matei de Modrussa suam vineam, positam in Coxala iuxta vineam que fuit iudicis Iuacij usque ad octo annos proxime futuros, his pactis et condicionibus quod dictus Gregorius teneatur et debeat dictam vineam bene et diligenter laborare temporibus congruis, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis .....

S. 490.

**Testificatio in fauorem Nicolai a Rocha.**

Die XVIIJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, coram nobilibus viris ser Stefano Blasinich et ser Mateo condam ser Donati, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, constitutus Iohannes de Fantonis de Florentia testis productus per Nicolaum Francisci a Rocha super differentia que vertitur inter ipsum Nicolaum et Iohannem Gualterucij de Ancona pro affictu vnius canipe pro mensibus viginti in ratione solidorum XXXVJ pro singulo mense, et hoc pro vegetibus ab oleo vacuis dicti Iohannis tentis (!)[1] in dicta Terra Fluminis in predicta canipa, dixit et testificatus fuit, delato eidem sacramento de veritate dicenda manibus tactis scripturis, quod fuit testis vocatus per dictum Nicolaum Ancone de mense Marcij quando ipse Nicolaus dixit prefato Iohanni de Ancona: »Aut soluas michi pro affictu tuarum vegetum aut cum appullero ad dictam Terram Fluminis, faciam ipsas vegetes vendi ad incantum, quia ipsas nolo vltra tenere in canipa» .....

**Pro Iohanne Babich contra Tomasinum et Siuichum molendinarium.**

Die XX mensis Aprilis. Ante portam Terre Fluminis sancti Viti a mari presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Mauro Vidonich, testibus ... Ibique Nicolaus Tomasini de Vegla et Siuichus molendinarius se constituerunt plegios et fideiussores Iohanni Babich hac condicione, quod si quo tempore Mateus Choceuar aliquid peterat a prefato Iohanne ...[2]

**Procura ser Lodouici de Venetijs in eius matrem.**

Die XXVJ mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Chirino Milçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Lodouicus condam ser Benedicti Salomonis de Venetijs, tan-

1) Tako u tekstu »tentis« grješkom mjesto »tenutis«.
2) Tako u izvorniku ta isprava ostala nedovršena.



http://library.foi.hr

quam commissarius ser Bartomei Negro de Murano et gubernator filiorum suorum et nepotum dicti condam ser Bartolomei... fecit, constituit, creauit, et ordinauit dominam Dorotheam, matrem suam... suam ueram et legitimam procuratricem... presertim ad comparendum coram quibuscunque dominis cuiuscunque officij comunis Venetiarum Venetijs ad opponendum et contradicendum cuicunque clamori siue clamoribus facto uel factis pro venditione vnius domus dicti condam ser Bartolomei, posite in Murano, aut ipsi venditioni pro reseruatione iurium dicte comissarie dicti condam ser Bartolomei. Et generaliter et cetera. Dans et cetera. Promittens et cetera.

**Pro Tomasino de Parentio contra Tomam Mocenigo.**

Die ac loco prescriptis, presentibus Francisco fabro condam Martini, Marco Cortelada, testibus... Ibique Tomas Charmanich de Castua... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Tomasino de Pergamo, habitatori Parentij, libras nouem paruorum, et hoc pro lana ab ipso habita.....

**Pro Toma hospite contra Antonium de Tergesto.**

Die prescripto. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Iohanne Milasinich, testibus... Ibique Antonius condam Matei de Tergesto fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a ser Toma Staimberch de Prussia, hospite in dicta Terra Fluminis, vnam vestem de panno Morelo, schuro, suffulctam pellibus vulpinis.

**Pro Chirino Spinçich contra Nicolaum de Vegla.**

Die XXVIJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, Paulo barberio, testibus... Ibique Nicolaus condam presbiteri Iohannis Belamama de Vegla... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich de Castua... ducatos decem et nouem auri et solidos sexaginta quinque..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit domum suam, positam in dicta Terra Fluminis in contracta(!) sancte Marie, que fuit condam Çonte iuxta iudicem Nicolaum Micolich, Iacobum Bachinich, et viam publicam, hac condicione et pacto quod si.....

**Pro suprascripto Chirino contra presbiterum Iohannem Susselich. S. 491.**

Vltrascriptis die ac loco. Presbiter Iohannes Susselich, obligando se et sua bona, liberauit et affranchauit suprascriptam domum a qualibet persona et liuello, (S. 491) hac condicione et pacto quod dictus Chirinus teneatur et debeat soluere omni anno annuatim prefato presbitero Iohanni, et eius successoribus, libras octo paruorum eo quod dictus presbiter Iohannes, et eius successores, teneantur in perpetuum officiare et illuminare altare sancti Iuliani, cui prescripta domus est obligata, quod altare est situm in ecclesia sancte Marie in dicta Terra Fluminis.



http://library.foi.hr

Procura Massi de Florentia in Grisanum.

Die XXVIJ mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Gabriele Lapacij, Bartolomeo Matiucij, ambobus de Firmo, testibus... Ibique Massius Donati de Florentia... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Grisanum condam iudicis Martini... suum uerum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis, et per totam Dalmatiam quacunque ex causa.....

Locatio ancille.

Die penultimo mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Ambrosio Dolinich, Emerico fabro, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Elena, uxor Georgij de Crastouiça, cum voluntate et consensu dicti viri sui, dedit et tradidit Nicolao Antonij de Venetijs, habitatori Ancone, Elisabeth filiam suam, presentem et consentientem, usque ad octo annos proxime futuros his pactis et condicionibus, quod dicta Elisabeth teneatur et debeat bene et fideliter seruire dicto Nicolao toto tempore dictorum octo annorum, et ipsi tanquam patrono suo obedire. Et prefatus Nicolaus teneatur et debeat dicte Elisabeth dare vitum, vestitum, et calceatum competentem, et ipsam bene tractare et ammonere(!), prout equum est, et in fine dictorum octo annorum ipsam maritare et dotare, prout sibi et sue conscientie videbitur.....

Procura Tome Façich in Martinum aurificem.

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Milasino calafato, Iohanne eius filio, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Tomas de Goriana, habitator Humagi... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Martinum aurificem condam Dominici, ciuem dicte Terre Fluminis... suum verum et legitimum procuratorem, actorem, factorem, et certum nuncium specialem, presertim ad exigendum et recuperandum a Iacobo Memmo de Colonia, habitatore Arbi, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

Pro ser Mateo Grasso de Venetijs contra iudicem Damianum.

Die vltimo mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Chirino Milçich, Barulo Chergnaueçich, testibus... Ibique iudex Damianus condam Matei... promisit dare et consignare[1] iudici Mateo condam ser Donati, stipullanti vice ac nomine ser Matei Grasso de Venetijs, et[1] in canipa dicti iudicis Matei modios duodecim vini musti de suis vineis ad primas vendenias proxime futuras, et hoc pro parte solutionis debiti dicti ser Matei, quod ipsi dare tenetur pro vno vasse(!) maluatici et pro starijs quatuor fabe.

1) Na tom mjestu u izvorniku nepotpuno, jer se ne vidi što se dužnik obvezuje dati. Niže u tekstu slijedi »et ...«, iz čega se također jasno vidi, da naprijed u tekstu nešto nedostaje.



http://library.foi.hr

Procura Grisani stacionarij.

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Georgio Contouich, Iohanne Lisiçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Grisanus condam iudicis Martini de Pago... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Raimondum de Francia, habitatori Buchari, absentem sed tanquam presentem, suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad comparendum coram serenissima ac ducali dominatione Venetiarum et cetera, et quibuscunque officialibus prefate ducalis dominationis ad exigendum et recuperandum fassios decem ferri, acceptos de anno proxime preterito circa festum... de barca Marci Cersatich per duas barcas armatas prefate Serenissime Dominationis, ed per eum receptis finem, dimissionem.....

S. 492.
Pro presbitero Iohanne Susselich.

Die secundo mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Grisano condam iudicis Martini, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique ser Georgius Ruseuich et Paulus Mortatich, tanquam plegij et fideiussores Nicolai condam presbiteri Iohannis de Vegla, fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere presbitero Iohanni Susselich... ducatos decem auri ad omnem requisitionem ipsius creditoris.....

Pro ser Georgio et Paulo Mortatich contra Nicolaum de Vegla.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Prefatus Nicolaus volens suprascriptos suos plegios et fideiussores seruare indemnes a suprascripta plegiaria et fideiussione, promisit quod singula ebdomada dabit et consignabit totum retractum quod erit ac fiet ex suprascriptis bonis prelibato presbitero Iohanni, quod si non faceret tunc possint et valeant prelibati presbiter Iohannes, ser Georgius, et Paulus absque alicuius contradictione dicta bona accipere et subastari facere.

Procura Demitrij.

Die quarto mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Georgio Golçich, Antonio Radiuoich, testibus... Ibique Demitrius condam Georgij... fecit, constituit, creauit, et ordinauit ser Paulum Schanda,habitatorem ad presens dicte Terre Fluminis... suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad omnes lites, placita, questiones, et differentias, que et quas quomodocunque habet siue habere posset cum quacunque persona occasione nauignij Matei de villa Teruisij, habitatoris Maçorbi.....

Pro Iohanne Babich contra aliquos sarcinarios.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique Petrus Matchouich, Crise Schregnie, Mateus Cragnich de Superiori Verchenich, Iacobus Rep, Georgius Pernossar, Georgius Drauosel, Simon Briçli, Iacobus Çabal, et Paulus Grebaç, simul et in solidum promiserunt... Iohanni Babich... ipsum seruare indemnem pro sarcinis decem et octo pellium agnelinarum aliquorum mercatorum, quas ipsis dedit, quamquam non haberent literas, et ipsi Iohanni refi-



http://library.foi.hr

cere omnes et singulas expensas et interesse quomodocunque eidem Iohanni hanc ob causam occursuros...

Procura ser Iohannis de Rauenna.

Die quinto mensis Madij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Mauro Vidonich, testibus... Ibique ser Iohannes de Rauenna, habitator Iustinopolis... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Chirinum Spinçich... suum uerum et legitimun procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum a Nicolao Belamama de Vegla quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

Pro Mateo barberio contra ser Vanucium de Furliuio.

Die setimo mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Nicolao Tomasini de Vegla, testibus... Ibique ser Vanucius condam ser Petri de Furliuio... fuit contentus et confesus se iuste teneri et dare debere Mateo barberio, ciui dicte Terre Fluminis... libras centum et duas paruorum, et hoc pro rassia habita a dicto creditore.....

Accordatio famuli pro Massio de Guasto

Die X mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Nicolao Tomasini de Vegla, Milasino calafato, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Valentus condam Simonis de Dubouaç... se concordauit et obligauit ad standum et seruiendum ser Massio Antonij Daleto de Guasto usque ad duos annos proxime futuro, his pactis et condicionibus quod.....

S. 493.

Die XXV mensis Madij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Rafaelis de Fossanbruno, presentibus Blasio condam Antonij, Iohanne Lisiçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ad hec uocatis et rogatis. Ibique coram domino capitaneo, iudicibus, et consilio dicte Terre Fluminis, comparuit ser Antonius Petri Stefani de Arimino asserens et dicens qualiter Nicolaus condam presbiteri Iohannis de Vegla....[1]

Pro ser Antonio de Arimino contra Vitam, uxorem Iohannis merciarij.

Die XXV mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presetibus Georgio sarctore condam Stefani, Nicolao Tomasini de Vegla, Blasio cerdone condam Antonij, testibus... Ibique Vita, uxor Iohannis merciarij... fuit contenta et confessa de iuste teneri et dare debere ser Antonio Petri Stefani de Arimino, habitatori Segne... ducatos quinquaginta boni auri et iusti ponderis, quos dicto ser Antonio dare et soluere tenebatur prefatus Iohannes merciarius, uti constat quodam instrumento scripto manu discreti viri ser Iohannis de Sachis de Laude, cancelarij Segne,

1) U izvorniku ta isprava ostala nedovršena. Također se u kodeksu uz tu ispravu ne nalazi ni uobičajena marginalna rubrika.



http://library.foi.hr

anno domini MCCCCXXXVIIIJ, indictione XIJ, die penultimo mensis Augusti. Quos quidem ducatos L[ta] dare et soluere promisit dicta debetrix prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet.....

**Protestus Iacobi Ratich.**

Die XXVIIJ mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Georgio sarctore condam Stefani, testibus... Ibique coram ambobus iudicibus comparuit Iacobus Ratich de Cuceuia asserens et dicens qualiter Chirinus Spinçich tenebatur sibi dare quandam pecunie quantitatem nomine Petrich... nunc vero ipse Chirinus recessit insalutato hospite, quod sibi redundat in maximum damnum. Quapropter protestatus fuit dictus Iacobus contra dictum Chirinum.....

S. 494.

**Pars capta pro falsa moneta.**

Die XXVIIJ mensis Madij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, per generosum virum dominum Andream de Foramine, capitaneum, iudices, et consilium dicte Terre Fluminis capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet quod nulla persona commorans in dicta Terra Fluminis, cuiusuis condicionis existat, audeat uel presumat aliquam falsam monetam emere siue alio quouis modo recipere a magistro Michlessio aurifabro, olim habitatore in comitatu Pissini, qui, ut dicitur, falsam facit monetam, siue ab alia persona, eo quod quicunque contrafaciens acriter punietur a suprascriptis dominis in ere et persona, uti ipsis equum et iustum videlitur. Que pars proclamata[1)] fuit per Valentum, publicum preconem, in locis consuetis.

**Protestus Nicolai de Vegla.**

Die X⁰ Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Iohanne Milasinich, testibus... Ibique Nicolaus condam presbiteri Iohannis de Vegla protestatus fuit contra Nicolaum Tomasini de Vegla de ducatis trecentis auri pro quodam instrumento librarum quatricentarum contra dictum Nicolaum[2)] Tomasini, quod fuit coactus per dominos iudices depositare apud dictum Vitum, si aliquod damnum ipsi protestanti accidet pro dicto instrumento.

**Finis pro presbitero Vito Scholich et Elia Celich.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Vito Mateieuich, Blasio cerdone condam Antonij, Teodoro condam Dominici, testibus... Ibique presbiter Vitus Scholich et Elias Celich fecerunt vnus alteri ad inuicem finem, quietationem, et pactum de vlterius aliquid non petendo de omnibus ac singulis litibus, differentijs, quas quomodocunque simul habuissent siue habere potuisent usque ad presentem diem.....

1) U tekstu na toj riječi zaboravljen znak kraćenja, tako da zapravo čitamo »pclamata«.
2) U tekstu na tom mjestu »Nicolaum« precrtano, iako je trebalo da ostane.



http://library.foi.hr

**Pro Tomasino de Vegla contra Georgium de Iadra.**

Die quinto mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito condam ser Matchi, Bartolomeo Matuicij de Firmo, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro ser Stefano Blasinich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Nicolaus Tomasini de Vegla asserens et dicens qualiter secundum tenorem concordij quod simul fecerat cum Georgio de Todo, habitatore Iadre, rerum gestore Gulielmi de Bononia, habitatore Iadre, pro differentijs, quas simul habebant, ipse hodie coram domino Nicolao de Barnis presentauerat iudicem Maurum Vidonich pro suo iudice arbitro, et sic etiam coram ipso domino iudice prefatum iudicem Maurum denouo presentabat in fauorem iurium suorum.

**Sequestrus Iohannis Babich.**

Die septimo mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Bartolomeo Treuisano de Venetijs, Blasio cerdone condam Antonij, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Iohannes Babich asserens et dicens qualiter ser Fortes Antonij de Curçula ipsi dare tenetur certam pecunie quantitatem, idcirco sequestrat et interdicit in manibus prefati iudicis Matei vnam ballam lodicum id est schiauinarum usque ad iuris cognitionem.

**Pro ser Dominico de Fantonis contra Pauchum de Ragussio.**

Die XXVIIIJ mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Rafaele de Fossanbruno, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique cum Paulus Alegreti de Ragusio acceperit pecias tres panni a ser Dominico de Fantonis de Florentia, quas ipsi Dominico miserat Iohannes, filius dicti Pauli, idcirco dictus Paulus... promisit seruare indemnem, et eidem reficere quicquid ab eo Dominico peteret predictus Iohannes pro suprascripta causa.

**Protestus Iohannis de Bresecco.**

Die vltimo Iunij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Vito sarctore condam Georgij, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ad... Ibique coram nobili viro ser Stefano Blasinich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis,
S. 495. comparuit Iohannes de Grobinico, habitator Breseci, (S. 495.) asserens et dicens qualiter iam pluries venit ad dictam Terram Fluminis pro exigendo aliquos denarios a Tomasino de Vegla, nomine capitanei Castri Noui, pro vna marciliana, quos adhuc exigere nequiuit, idcirco protestatus fuit contra dictum Tomasinum.....

**Pro Marino Soia.**

Die vltimo Iunij. In statione Rafaelis, presentibus iudicibus et consilio, spectabilis viro dominus Andreas de Foramine, capitaneus Terre Fluminis sancti Viti, promisit dare et soluere Marino Soia de Piuicha ducatos viginti auri, quos ipsi dare tenetur iudex Iurchus de Dreuenico, usque ad festum...



http://library.foi.hr

**Pro domino capitaneo contra iudicem Iurchum.** Vltrascriptis die loco ac testibus. Iudex Iurchus de Dreuenico dedit atque designauit pro speciali pignere generoso viro domino Andree de Foramine, capitaneo Terre Fluminis, vineam suam, sitam in loco dicto Braida pro ducatis viginti auri, quos ipse dominus Andreas promisit dare et soluere pro eo Marino Soie de Piuicha usque ad festum ... his condicione et pacto, quod .....

**Pro comunitate Fluminis contra dominum Nicolaum de Barnis.** Die secundo mensis Iulij. In Terra Fluminis sancti Viti in palatio illustrium dominorum nostrorum presentibus ser Cola de Betone de Trano, ser Lodouico Salamonis de Venetijs, ser Bartolomeo Treuisano de Venetijs, Laçaro eius filio, Bartolomeo Matiucij de Firmo, Francisco Petri de Fano, omnibus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique spectabilis vir dominus Andreas de Foramine, iudices, et consilium dicte Terre Fluminis coram se vocari fecerunt generosum millitem dominum Nikolaum de Barnis cui dixerunt: »Domine Nicolae, nos intelleximus quod vos chocham vestram dirigere intenditis Barbariam cum charico, prohito (! prohibito) a sacris canonibus, quod non solum nobis exossum (!) est, sed cunctis Cristicolis, quam ob rem quamplura mala et damna pati possent illustres domini nostri ac etiam totus iste populus, ideo scire volumus a vobis an hoc sit uerum aut non«. Qui dominus Nicolaus coram suprascriptis testibus dixit: »Coca[1] tranfretabit[2] (!) quo Deus volet, quid vobis, cum non sit caricata in locis vobis suppositis, sed in allienis locis, vnum tamen vobis (!) dico, quod nichil agere habeo cum dicta choca nec cum carico, cum ipsam vendiderim cum toto carico, prout quampluribus personis notum est«.

**Proclamatio.** Die prescripto. De mandato dominorum capitanei, iudicum, et consilij Terre Fluminis sancti Viti, Valentus publicus preco voce preconia et alta in platea dicte Terre Fluminis coram populi multitudine copiosa ter preconiçauit, quod nulla persona cuiusuis condicionis existat, habitans in dicta Terra Fluminis audeat uel presummat tranfretare (!) siue nauigare ad partes Barbarie cum aliquo nauignio neque ad dictas partes transmittere aliquas res prohibitas a sacris canonibus, sub pena capitis, et perditionis omnium et singulorum suorum bonorum.

**S. 496.**

**Pro Bartolo Melcherich contra Stefanum Mortath.** [1]Die secundo mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Georgio Ruseuich, Curilo Posniçich, testibus ... Ibique Stefanus Mortath designauit Bartolo Melcherich vineas et terrena sua et filij sui ... excepto Dolacio, pro plegiaria, quam dictus Bratolus fecit iudici Vito Barulich pro dicto Stefano, hoc pacto quod ...

1) Ta riječ, koju tekst navodi »choca«, »chocha« i »coca«, označuje vrst lađe.
2) Mjesto »transfretabit«.



http://library.foi.hr

**Protestus presbiteri Iohannis Susselich.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Antonio Rossouich, Blasio Cerdone condam Antonij ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram domino capitaneo, iudicibus, et consilio comparuit presbiter Iohannes Susselich asserens et dicens qualiter Iacobus Maliuanich dixit sibi infamiam, propter quam canonici dicte Terre Fluminis acceperunt sibi officium et benefitium, idcirco protestatus fuit contra prelibatum Iacobum singula die de ducatis duobus auri quousque ipsi non reddiderit famam, pro suis damno, verecundia, interesse, et expensis.

**Testes pro prefato presbitero Iohanne.**

Die tercio mensis Iulij. In statione Rafaelis de Fossambruno coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, et consilio Terre Fluminis predicte, constituti iudex Stefanus Blasinich, iudex Iurchus de Dreuenico, Vitus Mateieuich, Martinus Satanni, Rafael predictus, et Iohannes Milasinich, testes producti ser Iacobum Maliuanich in lite que ventillatur inter dictum Iacobum, parte vna, et presbiterum Iohannem Susselich, occasione testamenti condam Andree balistarij, scripti manu predicti presbiteri Iohannis in Sclabonico, in eo, de eo, et super eo quod dictus Iacobus dicebat prefatum presbiterum Iohannem non scripsisse prout dictus condam Andreas preceperat, delato eisdem sacramento de veritate dicenda, dixerunt et testificati fuerunt omnes vnanimiter et concorditer, nemine eorum in aliquo discrepante, lecto tamen prius prescripto testamento, quod dictum testamentum fuit scriptum secundum voluntatem prefati condam Andree et quod prout iacet punctaliter (!) iussit scribi, et quod coram ipso condam Andrea bis fuit lectum, et semper dictus condam Andreas ipsum testamentum affirmauit.

**Sententia.**

Qui domini hoc audito terminauerunt, et sententiauerunt prelibatum presbiterum Iohannem bene ac recte scripsisse, et testamentum ab ipso scriptum validum et firmum fore.

**Pro Cola de Betone contra Colam Grandaço.**

Die quinto mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne dicto Iagnaç, Blasio cerdone condam Antonij, Iusto Vidotich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Cola Grandaco de Trano ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Cole de Betone de Trano ... vice ac nomine generosi millitis domini Simonis Chaceta de Trano et eius sociorum, ducatos triginta tres boni auri et iusti ponderis, et hoc pro vna barcha et denarijs mutuatis. Quos quidem ducatos ... dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori, nomine quo supra, per terminos infrascriptos, videlicet .....

S. 497.

**Fideiussio ecclesie sancte Marie.**

Die septimo mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti coram ambobus iudicibus Paulus barbitonsor se constituit plegium pro Nicolao Susselich pro presentando ipsum in iure quando-



http://library.foi.hr

cunque per regimen dicte Terre Fluminis fuerit requisitus, aliter dictus Paulus soluere debeat ecclesie sancte Marie ducatos quatuor auri pro dicto Nicolao.

**Accordatio famuli pro Georgio de Subinico.**

Die nono mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iacobo Cigantich, Teodoro condam Dominici, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Stefanus, filius Marci de Gore... se concordauit et obligauit ad standum et seruiendum Georgio Volchouich de Subinico, presenti et acceptanti, duobus annis proxime futuris, his pactis et condicionibus, quod.....

**Pro Nicolao de Vegla contra Grisanum.**

Die X mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Prodano de Pago, Simone Coxarich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Grisanus condam iudicis Martini fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Nicolao condam presbiteri Iohannis de Vegla ducatos decem auri, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, quam fecit dictus Nicolaus prefato Grisano pro Iohanne condam Nicolai, merciario, ciue dicte Terre Fluminis, propter quam fideiussionem dictus Nicolaus fuit sententiatus et coactus per regimen dicte Terre Fluminis ad soluendum prelibato Grisano suprascriptos decem ducatos, uti constat in actis mei notarij infrascripti.

**Pro iudice Nicolao et Mateo Choçeuar.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Nicolao Fra(n)cisci a Rocha, Blasio cerdone condam Antonij, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Mateus Choçeuar, habitator Labaci... promisit accipere a iudice Nicolao Micholich tria milliaria olei usque ad festum... pro illo precio quo a dicto iudice Nicolao accipiet Iohannes Mammingar. Pro qua quidem olei quantitate dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis dictus Mateus prefato iudici Nicolao tantum ferrum bonum pro precio ducatorum tresdecim pro singulo milliario.....

**Pro ser Viuiano Maraspino. S. 498.**

Die XJ mensis Iulij. In littore maris ante Terram Fluminis sancti Viti, presentibus ser Bartolomeo Treuisano, Antonio Radiuoich, testibus... (S. 498) Ibique Tomas remerius de Bucharo... fuit contentus et confessus se iusti teneri et dare debere Viuiano Maraspino de Rubino... pro se ac vice et nomine Pauli eius fratris... libras viginti sex et solidos sex decim paruorum pro lana...

**Procura Iacobi Memo.**

Die XIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Nicolao a Rocha, Georgio Rompler, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iacobus Memo, habitator



http://library.foi.hr

Arbi . . . fecit, constituit, creauit, et ordinauit prouidum virum ser Nicolaum de Schafa de Arbo . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . in omnibus et singulis litibus, placitis, differentijs, et questionibus, que et qua quomodocunque habet siue habere posset cum Nicolao, habitatore Arbi, qui facit tegulas siue cupos et ab ipso petendum, exigendum, et recipiendum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa . . . . .

**Pro Iohanne de Appullia contra Pinossam Repeglinam.**

Die prescripto. In domo infrascripte creditricis, presentibus Petro Paulo de Argento, Laçaro Tergestinis, testibus ad hec uocatis et rogatis. Ibique Pinossa, uxor condam Nicolai Repeglie . . . tanquam plegia Nicolai, filij sui, fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere ser Iohanni de Sancto Seuero de Appullia . . . libras quatuor decim paruorum, quas dare promisit usque ad festum . . . . .

**Statutum siue pars capta pro carnibus vendendis.**

Die prescripto. In statione Rafaelis de Fossanbruno iudices et consiliarij Terre Fluminis vnanimiter et concorditer, nemine discrepante, volentes quod errores ac scandala que oriri possent euitentur, et quod populus dicte Terre Fluminis de bono in melius viuere possint, statuerunt et ordinauerunt, quod ab hodierna die in antea carnes bouine et vaccine extimentur prout antiquitus extimabantur hoc modo videlicet, quod carnes bone et pingues vendantur pro vno solido pro libra, et alie decem denarijs, carnes castratorum, qui sunt iuuenes castrati, vendantur sexdecim, carnes castratorum, qui non sunt iuuenes castrati, vendantur vno solido, carnes vero agnorum, agnarum, edorum, et edarum a festo sancti Viti usque ad festum Asumptionis beate Marie Virginis vendantur quatuor decim denarijs, a festo Assumptionis usque ad sanctum Martinum vendantur J° solido, carnes pecudine et caprine vendantur decem denarijs, carnes ircorum vendantur decem denarijs, carnes vero arietum vendantur vno solido, carnes porcorum vendantur sexdecim denarijs, carnes porcarum vendantur J° solido. Qui contrafecerit cadat ad penam librarum octo pro singulo animali, cuius pene tercia pars sit accusatoris.[1)]

1) Naknadno pod tekstom odredbe nadodana je cijena još jedne vrsti mesa:
»Carnes ircorum castratorum pro j° solido«.
Zatim na desnom rubu nalazimo slijedeću bilješku:
»Confirmata die 18 Octobris 1453. per dominum capitaneum, iudices, et consilium in suprascripta statione«.
Ta je potvrda donesena odmah iza unošenja u knjigu odnosno donošenja ove zakonskre odredbe, dok je kasnije ista zakonska odredba promijenjena, kao što vidimo iz slijedećih bilježaka:
Cijela ta zakonska odredba u kodeksu precrtana, te na lijevom rubu nalazimo slijedeću izmjenu:
»1458. die tercio Februarij. Correcta in stuba monasterij, quod extimentur carnes bouine secundum earum bonitatem, videlicet pro octo, decem, et sex denarijs pro libra, uti existimatoribus videbitur, non obstante hac parte, prout constat in hoc libro a carta 348«.
I konačno na desnom rubu uz tu bilješku nalazimo još i slijedeću:
»Cancelatum quia alibi ad plenum scripta id est transacto anno«.



http://library.foi.hr

**Procura Marie Bellanichieue et Dominice et Lucie eius filiarum.**

**S. 499.**

Die XV mensis Iulij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis infrascriptarum constituentium, presentibus Bartolo Melcherich, Laurentio Labutich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Maria, olim famula presbiteri Antonij Bellanich de dicta Terra Fluminis, et Dominica et Lucia, eius filie, heredes prefati presbiteri Antonij... fecerunt, constituerunt, creauerunt, et ordinauerunt Tomasium de Bassouiça... suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum (S. 499.) a Peracio de Podpechie, et alia quacunque persona quicquid dictis constituentibus siue alteri ipsarum teneretur quacunque ex causa.....

**Pro Paulo Lustalar contra iudicem Iacobum.**

Die XV mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus domino presbitero Gaspare plebano, Rafaele de Fossambruno, testibus... Ibique iudex Micholich[1]... dare, soluere ac numerare promisit Paulo Lustalar de Labaco... ducatos centum boni auri et iusti ponderis usque ad festum.....

**Pacta ser Iohannis de Appullia et Matei Iuriçich.**

Die XVJ mensis Iulij. In domo habitationis mei notarij infrascripti in Terra Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Paulo barberio, Veneciano de Cregnino, testibus... Ibique Mateus Iuriçich de Capella fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a ser Iohanne de Sancto Seuero de Appullia ducatos centum auri pro parte solutionis milliariorum decem ferri boni, pro precio ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario..... Et quod dictus Mateus accipere debeat a predicto ser Iohanne milliaria sex olei usque ad festum... pro precio ducatorum viginti sex auri pro singulo milliario, hoc addito tamen quod... Pro qua quidem olei quantitate prefatus Mateus dicto ser Iohanni dare et consignare tenetur in dicta Terra Fluminis ferrum bonum pro precio ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario usque ad.....

**Pro iudice Nicolao et Iacobo Chuchar.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Georgio sarctore condam Stefani, Ambrosio Dolinich, ciuibus et cetera, testibus... Ibique Iacobus Chuchar de Labaco et iudex Nicolaus Micolich simul fecerunt talem conuentionem et pactum, videlicet quod dictus Iacobus accipere debeat a dicto iudice Nicolao milliaria duodecim olei usque ad festum... pro precio ducatorum viginti octo auri olei pro singulo milliario..... Pro qua quidem pecunie et olei quantitatibus dictus Iacobus dare et consignare promisit usque ad suprascriptum terminum ferrum bonum de Ospergo, pro precio ducatorum tresdecim pro singulo milliario, et pelles magnas tales quales dedit de anno preterito pro precio ducatorum sex auri pro singula balla, inteligendo quod balla debet esse pellium decem...

1) U toj ispravi samo »iudex Micholich«, bez oznake ličnog imena. Iz marginalne bilješke, međutim, vidimo, da se tu radi o »contra iudicem Iacobum«.



http://library.foi.hr

**Pro Laurentio Labutich contra Franciscum Barocio.**

Die prescripto. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Brigada, Mochoro Seualich, Georgio Golçich, ciuibus et cetera, testibus... Ibique Franciscus Barocio, officialis Venetijs(!), fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Laurentio Labutich libras sexaginta quatuor paruorum pro parte solutionis vnius vinee, site in Schurigna, quam dictus Laurentius emit a prefato Francisco pro libris centum et viginti.

S. 500.

**Pro ser Forte contra Tomam remerium.**

Die XVJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, Ambrosio Dolinich, testibus... Ibique Tomas remerius de Bucharo dare et consignare promisit in littore maris ante dictam Terram fluminis ser Forte Antonij de Curçula vnum arborem siue stendardum per totum mensem Augusti proxime futuri, talis sortis videlicet quod laboratus remaneat longitudinis decem et octo passuum et grossitudinis in fine, in vertice, et medio, secundum mensuram funis cum nexibus, que es reposita in manibus meis, hac condicione et pacto quod .....

**Pro iudice Nicolao contra Mateum Iuriçich.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Iurcho de Dreuenico, ciuibus et cetera, testibus... Ibique Mateus Iuriçich de Capella dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis iudici Nicolao Micolich milliaria viginti boni ferri, videlicet milliaria decem usque ad festum... et alia decem milliaria usque ad festum... pro precio ducatorum tresdecim auri. Pro cuius quantitatis ferri medietate dictus iudex Nicolaus dare debet prefato Mateo promptam pecunia, et pro alia medietate oleum bonum pro precio ducatorum viginti nouem pro singulo milliario, donare tamen debet dictus iudex Nicolaus predicto Mateo vnum çabrum olei.....

**Pro iudice Nicolao et Francisco de Fano contra Gasparem de Labaco.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Petro Glauinich Ambrosio Radolich, Martino Spinçich, ciuibus et cetera. Ibique Gaspar de Labaco, tanquam rerum gestor Matchi Vidaç de Labaco, dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis iudici Nicolao Micolich et Francisco condam Petri de Fano milliaria quinquaginta ferri, talis sortis qualis ipsis dedit, usque ad... Pro qua quidem ferri quantitate predicti iudex Nicolaus et Franciscus dare et consignare debent predicto Gaspari milliaria viginti quinque olei clari et boni. Qui Gaspar fuit contentus et.....

**Pro suprascriptis contra prescriptum Gasparem.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Gaspar de Labaco, tanquam rerum gestor Matchi Vidaç de Labaco, fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a iudice Nicolao Micolich et Francisco condam Petri de Fano libras quadraginta tres croci, pro precio ducatorum duorum auri pro singula libra. Pro qua quidem croci quantitate prefatus Gaspar dare et consignare promisit



http://library.foi.hr

in dicta Terra Fluminis ferrum bonum pro precio ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario usque ad.....

**S. 501.**
**Pro ser Iohanne de Apullia contra Franciscum Crabunos.**

Die XVIIIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Abrucio de Ortona, Ambrosio Radolich de Flumine, testibus... Ibique Franciscus Cole Riuonte de Ortona... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Iohanni de Sancto Seuero de Appullia... ducatos triginta septem boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro habito a dicto creditore.....

**Pro ser Dominico de Fantonis contra dominum Nicolaum de Barnis.**

Die ac loco prescriptis, presentibus iudice Stefano Blasinich, Francisco condam Petri de Fano, Bartolomeo Matiucij de Firmo, omnibus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique circumspectus ac generosus milles dominus Nicolaus de Barnis de Sancto Seuerino... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Dominico de Fantonis de Florentia... ducatos mille quatricentos et vndecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro denarijs mutuatis et ferro habito a dicto creditore..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris predictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit omnes et singulos pannos de sirico id est de setta(!), tam laboratos cum auro quam non, cuiuscunque condicionis existant, qui sunt et erunt et reperiuntur in manibus dicti creditoris usque ad suprascriptos terminos ac reperientur, hac condicione et pacto quod.....

**Testificatio pro iudice Vito Rosso.**

Die XX mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti coram domino capitaneo, iudicibus, et consilio constitutus iudex Mateus condam ser Donati, testes(!) productus per iudicem Vitum condam ser Matchi in lite, quam habet cum Orsa Alegretoua, dixit et testificatus fuit qualiter sunt anni circa duodecim quod calcullata ratione inter predictum iudicem Vitum et Alegretum, Alegretus restitit debitor dicto Vito libras decem et octo paruorum.

**Pro Micheto contra dominum arcidiaconum.**

Die XX mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito Barulich, Rafaele de Fossambruno, Blasio cerdone condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique venerabilis vir dominus presbiter Iohannes Micolich, arcidiaconus... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Micheto tabernario... libras centum paruorum, et hoc pro complemento solutionis vnius domus, que fuit Iohannis Iagnaç, quam a dicto creditore emit pro libris centum et triginta vna paruorum.....



http://library.foi.hr

**Testificationes pro Françe de Clana.**

Die XVJ mensis Iulij[1]. In statione ser Rafaelis coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, ac iudicibus dicte Terre Fluminis, et consilio constituti çupanus Filipus de Clana et Georgius Ptchijch[2] de Clana, testes producti per Françetum de Clana in lite que ventillatur inter ipsum et Chirinum Spinçich occasione aliquorum animalium bouinorum acceptorum per dictum Françetum ipsi Chirino, delato eisdem sacramento de veritate dicenda manibus tactis scripturis, dixerunt et testificati fuerunt vnanimiter et concorditer quod animalia existentia in loco in quo accepta fuerunt suprascripta animalia, soluere tenetur datium Clane.

**S: 502.**
**Pro iudice Nicolao contra Christoforum lapicidam.**

Die XVIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito Barulich, Toma Mocenigo, testibus ... Ibique Christoforus Benna, lapicida, habitator Breuoni, fecit pactum et conuentionem cum iudice Nicolao Micolich, quod dictus Christoforus dare et designare debeat per totum mensem Septembris proxime futurum in littore ante dictam Terram Fluminis prefato iudici Nicolao duas exedras lapideas magnas cum columnis in medio, laboratas et perforatas et cum pianis, taliter et eo modo qualiter et quo modo ordinauit Franciscus de Mediolano murator, et hoc pro precio et nomine precij ducatorum decem et octo auri ... Pro quibus ducatis decem Rafael de Fossambruno prefato iudici Nicolao obligauit et pro speciali pignere designauit suum ortum eundo ad Sanctum Andream.

**Pro Grisano stacionario contra Iohannem de Albania.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Iohanne dicto Iagnaç, Iohanne Babich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes Petri de Aldagno, habitator Schut(a)ri ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Grisano condam iudicis Martini, ciui dicte Terre Fluminis ... libras quinquaginta paruorum, et hoc pro aliquibus mercancijs habitis a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum super nundinis Segne .....

**Procura Catarine Perchichieue.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique Catarina Perchichieua... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Georgium Rugerij, habitatorem Venetiarum ... suum verum et legitimum procuratorem ... in omnibus et singulis litibus, placitis, et questionibus, que et quas habet siue habitura est cum quacunqua persona in dicta Terra Fluminis, et ad exigendum et recuperandum quicquid dicte constituenti teneretur quacunque ex causa .....

1) Tako u izvorniku »XVJ mensis Iulij« iza isprave s datumom »XX mensis Iulij«, a pred ispravom od »XVIJ mensis Augusti«, dakle vjerojatno grješkom mjesto »XVJ mensis Augusti«.
2) Tako u izvorniku pisano doslovno to prezime. Možda grješkom mjesto »Ptichijch« ili »Petriçich«.



http://library.foi.hr

**Presentatio Georgij[1] Morganich.** Vltrascriptis die ac loco, presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Iacobo Maliuanich, testibus ... Ibique coram ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Georgius condam Flori de Iadra, tanquam procurator ser Gregorij[1] Morganich, asserens et dicens qualiter domus, quam dictus ser Gregorius vendidit Martino Iuich sitam in dicta Terra Fluminis, uti constat quodam cirographo scripto manu Blasij Petri de Iadra, minatur ruinam, idcirco non preiudicendo dicte venditioni ... intendit dictam domum aptari facere ne cadat, de licencia prefati domini iudicis, qui dominus iudex ipsi licenciam concessit.

**Procura Georgij Rugerij.** Vltrascriptis die ac loco, presentibus Simone Oslich, Bartolo Melcherich, testibus ... Ibique Georgius Rugerij, habitator Venetiarum ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Donatum de Muschieniça, habitatorem dicte Terre Fluminis ... suum verum et legitimum procuratorem ... in omnibus et singulis litibus, placitis, et questionibus, que et quas Catarina Perchichieua habet siue habitatura est cum quacunque persona in dicta Terra Fluminis, et hoc vigore mandati dicto Georgio, substituenti, concessi per dictam Catarinam, dans eidem Donato totam suam libertatem.

S. 503.

**Pro Nicolao condam iudicis Pauli.** Die XVIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, ambo iudices receperunt michi quatenus scribere deberem qualiter coram eis Georgius condam Flori de Iadra designauit pro pignere Nicolao condam iudicis Pauli stubam et domum in quibus habitat Franciscus murator de Mediolano pro eo quod ipse Georgius reperietur esse debitor predicti(!) Nicolao, facto calcullo inter eos.

**Pro Tomasino de Vegla contra Georgium de Curçula et Verbanum.** Die XVIIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Bartolo Chergnaueçich, Georgio Simonich, Mauro Gastaldich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Vrbanus Millossich de Curçula et Georgius Volchouich de Curçula sponte ... simul et in solidum fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere Nicolao Tomasini de Caldana de Vegla ... ducatos duodecim boni auri et iusti ponderis et solidos quadraginta octo paruorum pro complemento solutionis vnius marciliane .....

**Protestus Nardi de Trano contra Colam de Betone.** Die XX mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino aurifice condam Dominici, Blasio cerdone condam Antonij, Bartulo Chergnaueçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Stefano Blasinich, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis,

1) Tako u kodeksu in margine »Georgij«, a u tekstu isprave na više mjesta »Gregorij«, dakle se radi i in margine o »Gregorij«.



http://library.foi.hr

comparuit Nardus Berarduçi de Vigilijs, patronus vnius nauete, asserens et dicens qualiter hodie sunt octo dies quibus stat cum naueta, quam ipse patroniçat, in splagia siue portu dicte Terre Fluminis, onerata frumento ad requisitionem Cole de Betone de Trano, et quamuis pluries ac dictum Colam requisierit quod dictam nauetam exonerare faceret, tamen nondum usque ad presentem diem est exonerata, quod prefato Nardo redundat in maximum detrimentum et damnum, idcirco ipse Nardus... protestatus fuit contra suprascriptum Colam.....

**Responsio suprascripti Cole.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Prefatus Cola coram suprascripto domino iudice respondit, quod vult obseruare contenta in nauliçato, et quod non potest exonerare diebus festiuis nec quando est tempestas in mari, et quod est paratus parere iuri et ipsi Nardo coram iudicio prouidere.

**Protestus domini Nicolai de Barnis.**

Die XX mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Aggabito Contouich, Antonio de Monte Albodio, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram spectabili viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, et consilio dicte Terre Fluminis comparuit circumspectus milles dominus Nicolaus de Barnis de Sancto Seuerino asserens et dicens qualiter Franciscus Petri de Fano promiserat sibi dare et designare milliaria viginti ferri, tanquam plegius et fideiussor Acacij et Iurlini de Stain, pro quo ferro ipse dominus Nicolaus iam designauit prefato Francisco milliaria decem et çabros tres olei, et quia non potuit habere dictum ferrum usque ad presentem diem, quod predicto domino Nicolao redundat in maximum damnum et detrimentum, idcirco... protestatus fuit contra prelibatum Franciscum...

**Protestus Francisci de Fano.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Coram suprascripto domino capitaneo et consilio comparuit Franciscus Petri de Fano asserens et dicens qualiter dominus Nicolaus de Barnis de Sancto Seuerino protestatus fuit contra ipsum Franciscum, tanquam plegium et fideiussorem Acacij et Iurlini de Stayn, de ducatis
S. 504. ducentis auri (S. 504) prout constat in actis cancelarie, idcirco ipse Franciscus... protestatus fuit contra prelibatos Acacium et Iurlinum de Stayn.....

**Pro Laurentio Spinçich contra iudicem Iurchum.**

Die XXIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Georgio Rompler, Simone de Dreuenico, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Iurchus de Dreuenico... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Laurentio Spinçich... libras quadraginta unam paruorum, et hoc pro pellibus bouinis, quas pelles dictus iudex Iurchus dixit se accepisse pro soluendo debitum Plechchij sarctoris, habitatoris Labaci.....



http://library.foi.hr

Pro Blasio bechario contra Marinam. Die XXIIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino Terçich, Simone Pilar, testibus... Ibique Marina, uxor condam Iacobi cerdonis... fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere Blasio bechario... libras quadraginta quinque paruorum, et hoc pro plegiaria seu fideiussione facta pro Petro, eius genero.....

Testificatio Antonij de Ancona. Die XXIIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, constitutus Antonius Iohannis de Ancona testis productus per Colam de Betone de Trano in lite ventillante inter ipsum et Franciscum de Fano occasione vnius barile clauorum, et interrogatus, delato eidem prius sacramento de veritate dicenda, dixit et testificatus fuit qualiter vidit vnum hominem de Arbo, qui posuit vnam barilam clauorum miliariorum nouem in statione prefati iudicis Matei, sita iuxta heredes iudicis Bachini iuxta inferiorem balchonum, et aliud dixit se nescire.

Pro iudice Iurcho contra iudicem Maurum. Die prescripto. In Terra Fluminis sancti Viti in domo infrascripti iudicis Mauri, presentibus Chirino Spinçich, Blasutho condam Petri, Blasio cerdone condam Antonij, testibus... Ibique iudex Maurus Vidonich dixit, asseruit, et confessus fuit qualiter ipse solus recepit a condam Valentino Iurlinouich, nomine ac vice Iohanis Salamani coqui domine comittisse Barbare, uxoris comitis Nicolai[1] de Frangepanibus, ducatos centum auri. Pro quibus ducatis centum prefatus iudex Maurus et iudex Iurchus de Dreuenico, precibus dicti iudicis Mauri, se cum ipso Mauro obligauit, et quod dictus iudex Iurchus nullam partem dictorum rucatorum recepit.....

Pro Fran- Fano contra Iacobum de Vegla. Die XXIIIJ mensis Augusti. In littore maris ante Terram Fluminis sancti Viti, presentibus Grisano condam iudicis Martini, Ambrosio Dolinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Franciscus Petri de Fano affictauit et locauit Iacobo Asprestsich(!) de Vegla... suam marcilianam fulcitam pro vno viagnio, videlicet quod dictus Iacobus accedere debeat Veglam et ibi onerare equas, et accedere ad partes Apprutij, et deinde dictam marcialianam onerare frumento siue alia mercantia, et redire Veglam et illico ipsam marcilianam exonerare, et deinde ad Terram Fluminis conducere suis sumptibus. Pro quo quidem viagnio dare et soluere promisit prefatus Iacobus predicto Francisco ducatos decem auri, inteligendo quod dictus Franciscus securauit suprascriptam marcilianam solum pro tempestate maris.

1) U tekstu isprave na tom mjestu najprije stajalo »Iohannis de Frangepanibus«, te ime »Iohannis« precrtano i povrh napisano »Nicolai«. To je Nikola V. Frankapan (1416—1456), sin Nikole (Mikule) IV. (1394—1432), bana Dalmacije i Hrvatske 1426—1432. Supruga Nikole V. bila je, u toj ispravi spomenuta, Barbara Walsee.
Vidi rodoslovlje krčkih knezova Frankapana na kraju knjige Vj. Klaić, Krčki knezovi Frankapani, I, Zagreb 1901.



http://library.foi.hr

S. 505. Accordatio famuli pro domino Iohanne Nauarer.

Die XXVIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus domino presbitero Iohanne arcidiacono, ser Damiano condam Matei, Rafaele de Fossambruno, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes, filius Tome de Srigne ... se concordauit et obligauit ad seruiendum sex annis proxime futuris generoso viro domino Iohanni Nauarer ... his pactis et condicionibus, quod .....

Pro Grisano contra Nardum de Trano.

Die XXX mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Nicolao Francisci a Rocha, Mateo barberio condam Antonij, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nardus condam Berarduçi de Vigilijs ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Grisano condam iudicis Martini, ciui dicte Terre Fluminis ... libras septuaginta octo et solidos septem paruorum, et hoc pro quodam promissione quam fecit dictus Nardus prefato Grisano pro generoso viro Iohanne Nauarer, comite Palatino .....

Testificatio pro Nardo de Trano.

Die vltimo mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti coram nobili viro ser Stefano Blasinich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, constitutus Dominicus Petri de Venetijs, scriba nauis infrascripti Nardi, productus per Nardum condam Berarduci[1] de Vigilijs in lite et differentia que vertitur inter dictum Nardum ... et Colam de Betone de Trano, delato eidem Dominico sacramento de veritate dicenda ... et interrogatus a suprascripto domino iudice dixit et testificatus (fuit) qualiter dictus Cola de Betone ... uenit ad nauem dicti Nardi, existentem in splagia ... et dixit dicto Nardo: »Noli dare aut ligare prouissium ad terram quousque aliud non dicam tibi, quia volo alloqui prius dominum capitaneum«. Et steterunt tribus diebus in splagia sine prouissio, et quod steterunt XIIJ diebus in splagia cum naui ad petitionem dicte (!) Cole antequam frumentum esset exoneratum. Interrogatus quis fuit culpabilis quod prius non fuit exoneratum suprascriptum frumentum respondit, quod ob defectum dicti Cole, quia non habuerat saccos tempore debito nec ad sufficientiam ...

Testificatio pro suprascripto.

Vltrascriptis die ac loco. Coram suprascripto domino iudice constitutus Angnolus (!) Pegorela de Trano, penessius nauis Nardi prefati, testis productus per ipsum Nardum in lito suprascripta ... et interrogatus a suprascripto domino iudice quid scit de suprascriptis, dixit et testificatus fuit im (!) omnibus et per omnia sicut prescriptus Dominicus ...

1) Na tom mjestu »Berarduci« pisano sa »c«, a u prethodnoj ispravi sa »ç«.



http://library.foi.hr

**Testificatio pro suprascripto.** Vltrascriptis die (ac) loco. Coram suprascripto domino iudice constitus Augustinus Dominici Martini de Trano, nuclerius nauis Nardi prefati, testis productus per ipsum Nardum in lite suprascripta ... et interrogatus a suprascripto domino iudice quid scit de suprascriptis, dixit et testificatus fuit in omnibus et per omnia sicut suprascriptus Dominicus ...

**Accordatio famuli pro suprascripto Nardo.** Vltrascriptis die ac loco, presentibus ser Damiano condam Matei, Paulo Vidotich, Blasio cerdone condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Michetus caupo, cum voluntate et consensu Iacobi filij sui infrascripti, locauit et affictauit dictum Iacobum, filium suum ... ad famulandum et seruiendum quinque annis proxime futuris Nardo condam Berarduci de Vigilijs, presenti et acceptanti ipsum Iacobum, his pactis et condicionibus quod .....

**S. 506.**

**Pacta iudicis Rosso et Petri de Superiori Mune.** Die VIIJ mensis Septembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Alexandro, Iohanne Babich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Vitus condam ser Matchi fecit tale pactum et conuentionem cum Petro Michaelis Cragnaç de Superiori Mune, videlicet quod facere debeat dicto iudici Vito remos a galea longitudinis passuum septem et sex cum dimidio, pro precio solidorum XIIIJ pro singulo remo, et remos passuum longitudinis passuum sex et longitudinis passuum quinque cum dimidio, pro precio et nomine precij solidorum duodecim pro singulo remo, positos in villa Bergudi.

**Procura Georgij Filacanouo.** Die nono mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Nicolao Tomasini de Vegla, Siuicho molendinario, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Georgius Filacanouo condam Matei, habitator Venetiarum ... fecit, constituit, creauit, et ordinauit çupanum Lechsanum de Nerine ... suum uerum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa, tam in dicta Terra Fluminis quam in alio quocunque loco .....

**Comromissum Petri balistarij et Donati de Muschieniça.** Die XJ mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, Georgio Petriçich, testibus ... Ibique Petrus balistarius ... et Donatus de Muschieniça ... promiserunt et compromiserunt in iudicem Iurchum de Dreuenico, Antonium Nicolai de Firmo, iudicem Damianum condam Matei, et Georgium Rompler, tanquam in arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores pro omnibus et singulis litibus, differentijs, et questionibus, quas quomodocunque simul haberent siue habere possent usque ad presentem diem, promittentes dicte partes .....



http://library.foi.hr

**Pro Iohanne Sancto Seuero contra Franciscum muratorem de Mediolano.**

Die XXVIJ mensis Septembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Simone Pilar, Petro balistario, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique magister Franciscus murator condam Beltrani de Mediolano, tanquam plegius Petri Ceresa, fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a ser Iohanne de Sancto Seuero de Appullia vnam vegetem plenam oleo, tenute çabrorum octo uel circa, pro precio et nomine precij ducatorum duorum cum dimidio auri pro singulo çabro.....

**Pro ser Cola de Betone contra iudicem Mateum condam ser Donati. S. 507.**

Die XXVIIJ mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, iudice Vito condam ser Matchi, iudice Tonsa condam ser Nicole, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Mateus condam ser Donati, tanquam plegius et fideiussor Marini Obresach de Cramburch (S. 507) dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ser Cole de Betone de Trano falces quatricentas illius sortis cuius prius habuit a dicto Marino prefatus ser Cola usque ad festum.....

**Pro iudice Mateo contra Marinum de Cramburch.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Marinus Obresach de Cramburch.... promisit seruare indemnem iudicem Mateum condam ser Donati pro plegiaria seu fideiussione, quam fecit pro ipso Marino ser Cole de Betone de Trano pro quatricentis falcibus, quas prefatus Mateus promisit dare et designare in dicta Terra Fluminis dicto ser Cole pro predicto Marinouti constat instrumento.....

**Pro Francisco de Fano contra Iacobum Maliuanich.**

Die penultimo mensis Septembris. Ante portam Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Iohanne Milasinich, testibus... Ibique Ioacobus Maliuanich, tanquam plegius et fideiussor Demetrij Sclaui, ciuis dicte Terre Fluminis... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Francisco condam Petri de Fano... ducatos vndecim cum dimidio boni auri et iusti ponderis.....

**Pacta ser Iohannis de Appulia et Iohannis Maçach.**

Die primo mensis Octobris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo Iohannis Babich, presentibus Nicolao Francisci a Rocha, Agabito Contouich, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iohannes Maçach de Lach dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ser Iohanni de Sancto Seuero de Appullia duas sarcinas vomerum pro solidis XVIJ pro singulo, et vnam sarcinam ferrorum ab equo pro precio librarum septem et solidorum quinque pro singulo centenario, et tantum ferrum quod ascendat cum suprascriptis vomeribus et ferris ab equo ad summam ducatorum quinquaginta duorum auri, videlicet medietatem pro duodecim ducatis auri et medietatem pro ducatis vndecim auri pro singulo milliario. Pro quibus quidem vomeribus,



http://library.foi.hr

ferris ab equo, et ferro dictus ser Iohannes dare debet vnum miliarium olei pro precio ducatorum XXVJ auri, et ducatos XXVJ in prompta pecunia predicto Maçach.....

**Pacta suprascripti ser Iohannis et Valentini Iohannis[1] de Selça.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Vito Mateieuich, ciuibus dicte Terre Fluminis testibus... Ibique Valentinus Iohannis de Selça accipere promisit a ser Iohanne de Sancto Seuero de Appullia milliaria quatuor olei pro precio ducatorum viginti sex auri pro singulo milliario usque ad... Pro qua quidem olei quantitate dictus Valentinus dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis tantum ferrum bonum, illius sortis cuius nunc dedit dicto ser Iohanni, usque ad... pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario...

**Pro suprascripto Valentino contra suprascriptum ser Iohannem.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Prefatus ser Iohannes fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere suprascripto Valentino ducatos decem boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro habito a dicto creditore.....

**S. 508. Pacta ser Antonij de Firmo it iudicis Pauli Lustalar.**

Die secundo mensis Octobris. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus presbitero Alexandro, Rafaele de Fossambruno, Floro Rossouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Paulus Lustalar de Labaco... fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse ab Antonio Nicolai domini Antonij ducatos ducentos auri in... prompta pecunie (!), et ducatos octoaginta sex auri pro croco. Item promisit dictus Paulus accipere a dicto Antonio milliaria vndecim olei pro precio et nomine precij ducatorum viginti sex auri pro singulo milliario. Pro quibus quidem ducatis ducentis et octoaginta sex et vndecim milliarijs olei prefatus iudex Paulus dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis prescripto ser Antonio uel eius commisso milliaria decem splaçiarum siue ferri boni de Ospergo pro precio ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario usque ad... Et pro residuo valoris dictorum ducatorum 286 et olei dare et consignare debet prefatus Paulus dicto ser Antonio, ut supra, pelles bouinas de Allemania pro precio et nomine precij ducatorum quatuor auri cum dimidio pro singulo centenario librarum ponderis usque.....

**Pro suprascripto ser Iohanne contra suprascriptum Paulum.**

Die prescripto. In domo ser Iohannis de Sancto Seuero de Appullia, presentibus Rafaele de Fossambruno, Vito Mateieuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Paulus Lustalar de Labaco fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a suprascripto ser Iohanne ducatos centum auri in prompta pecunia. Pro quibus quidem ducatis centum dictus

1) To ime pisano skraćeno, ali je omaškom ispušten znak kratice, tako da zapravo stoji samo »Iohis«.



http://library.foi.hr

Paulus... prefato ser Iohanni... dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum bonum de Ospergo pro precio et nomine precij ducatorum duodecim auri pro singulo milliario usque ad...

**Procura Francisci Crabunos.**

Die quinto mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Paulo Couaçich, testibus ad hec uocatis rogatis. Ibique Franciscus Cole Riuonte de Ortona... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Massium Çicareli de Ortona suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa in dicta Terra Fluminis.....

**Pro Orsa Alegretoua contra iudicem Rossum.**

Die X⁰ mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Matei, iudice Iurcho de Dreuenico, testibus... Ibique Iohannes Coxarich dedit ac numerauit iudici Vito condam ser Matchi libras nouem nomine Orse Alegretoue, et hoc pro parte solutionis debiti in quo dicebat Alegretum, eius virum, sibi teneri.

**Pro Agnia famula ser Iohannis de Appullia et pro ipso ser Iohanne. S. 509.**

Die prescripto. In Terra Fluminis sancti Viti in domo Marine calegarie, presentibus Iohanne Loliça, Iusto Samburich, testibus... Ibique Agnes, filia Michleus(!) de Brummna, et olim ancila infrascripti ser Iohannis... fecit ser Iohanni de Sancto Seuero de Appullia finem, dimissionem, quietationem... de omni ac singulo debito ac omnibus... et singulis rebus, ad que dictus ser Iohannes prefate Agneti quomodocunque tenebatur siue teneri poterat, usque ad presentem diem.....

**Protestus Petri balistarij.**

Die XIJ mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti coram ambobus iudicibus comparuit magister Petrus balistarius asserens et dicens quliter petit a Georgio caupone denarios, quos dare debet pro vino sibi vendito, quod deponantur apud aliquam bonam personam... ideo protestatur.....

**Diuisio bonorum condam iudicis Bachini.**

Die XIJ mensis Octobris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis infrascriptorum domine Marie et eius filiorum, presentibus presbitero Iohanne Susselich, ser Dominico de Fontonis de Florentia, Georgio condam Antonij Andregetich, testibus... Ibique domina Maria, uxor condam iudicis Iohannis Misulich, mediante generoso millite domino Georgio Cherendich, et ser Bartolus, Iacobus, et Christoforus, fratres et filij prefate domine Marie, ad talem peruenerunt pacificam diuisionem et partem, videlicet quod dicta domina Maria habere debeat omnia et singula bona, posita in insula Veglensi, de quibus suam omnimodam facere possit voluntatem, et etiam habere debeat clibanum ortum in Dolaç, et domunculam, in qua ad presens habitat Alegretus de Ragussio, ad gaudendum et vsufructuandum quousque uixerit,



http://library.foi.hr

post uero eius mortem deuenire debeant in predictos eius filios. Et quod dicti eius filij debeant dare singulo anno prefate matri sue pro sustentatione eius vite libras triginta ... et si casus necessitatis[1] ipsi accideret, quod dicti filij teneantur plus dare. Bortolus vero habere debeat vineam ad Braidam, ortum in Iessero, et muraleam, que fuit Simonis Caletani, cum domo et muraleis iuxta ipsam. Iacobus vero et Christoforus habere debeant omnes et singulas domos, in quibus habitant, et ortum in Barbacano, et omnes et singulas vineas, positas in districtu Valprinacij, hoc pacto quod .....

**Pro iudice Nicolao et Francisco de Fano contra Iohannem et Leonardum de Chanaro.**

Die XVJ mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, Chirino Spinçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iohannes Tome de Sancto Leonardo de Chanaro et Mateus Nicolai de eodem loco... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich et Francisco Petri de Fano... ducatos centum boni auri et iusti ponderis nomine mutui..... Et ad maiorem cautellam dictorum creditorum dicti debitores eisdem obligauerunt et pro speciali pignere designauerunt totum eorum ferrum, quod est in manibus Iohannis Suab, hospitis, hoc pacto quod .....

**Pro generoso millite domino Georgio Chirendich contra filio iudicis Bachini.**

S. 510.

Die XVJ mensis Octobris. In Terra Fluminis sancti Viti in statione ser Dominici de Fantonis de Florentia, presentibus ipso ser Dominico, ser Nicolao condam Dionisij de Segna, Chirino Spinçich de Castua, omnibus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Bartolus Mateieuich et Iacobus et Christoforus, eius fratres... Fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere circumspecto milliti domino Georgio Chirendich[2], eorum sororio, (S. 510.) . . . ducatos ducentos boni auri et iusti ponderis, et hoc pro complemento solutionis dotis domine Malgarite, eorum sororis et uxoris prefati domini Georgij. Pro quibus quidem ducatis ducentis auri predicti fratres obligauerunt et pro speciali pignere designauerunt omnia sua iura, que habent in aqua et iuxta aquam Flumij, vbi fuit secca patris dictorum fratrum, his pactis et condicionibus, videlicet quod dictus dominus Georgius promisit fieri facere edificia super dicta aqua si poterit, hoc est seccas, molendinum, et valcham usque ad... quibus edificatis predictus dominus Georgius... usque ad duos annos ipsa tenere et usufructuare debeat absque aliqua solutione tam affictus quam alie rei. Elapsis tamen dictis duobus annis utraque pars accipere debeat tres viros pro singula, qui sex viri debeant extimare secundum eorum conscientiam.... quantum soluere debeat dictus dominus Georgius singulo anno pro affictu, diffalcando in suprascripto debito

1) Ta riječ pisana u izvorniku nepravilnom kraticom, tako da zapravo stoji »neceritatis«.
2) U toj ispravi tako, dok ranije nalazimo u kodeksu »Cherendich«.



http://library.foi.hr

ducatorum ducentorum, et omnium et singularum expensarum, quas ipse fecerit in edificando. Possint tamen et valeant prefati fratres exigere et redinere suprascriptum pignus elapsis prescriptis duobus annis ad omne sui libitum, soluendo suprascriptum debitum ducatorum ducentorum, et omnes et singulas expensas quas dictus dominus Georgius fecerit in edificando . . . . .

**Pacta domini Georgij Chirendich et Martini Iuich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique Martinus condam Vasme Iuich de Grobinico promisit et obligauit se generoso milliti domino Georgio Chirendich, ibique presenti, quod usque ad festum . . . edificabit siue edificare faciet super aqua, quam dictus dominus Georgius habet in pignere a suis sororijs, pro ducatis ducentis duas seccas et vnum molendinum et vnam valcham cum omnibus et singulis necessarijs dictis seccis, molendino, et valche, suis sumptibus et expensis, saluo quod prefatus dominus Georgius dare debet instrumenta ferrea seccis, molendino, et valche, et cacabum, ita et taliter quod dicte secce seccare poterunt, molendinum mollare, et valcha valchare, hoc addito quod edificatis suprascriptis seccis, molendino, et valcha prefatus dominus Georgius possit conducere magistros ad videndum dicta edificia, et si iudicio dictorum magistrorum aliquid dedecerit uel aliquid erit malefactum, dictus Martinus teneatur illud quod non fuerit bonum permutare, et aliud bonum ponere, et bene aptare omnibus suis sumptibus et expensis. Pro quibus quidem edificijs omnibus prefatus dominus Georgius dare et soluere promisit dicto Martino ducatos sexaginta auri boni et iusti ponderis . . . . .

**Procuda domine Naste in eius filium.**

Die XVJ mensis Octobris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationis infrascripte constituentis, presentibus presbitero Iohanne Susselich, Veneciano de Cregnino, Paulo Vidotich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique domina Nasta, uxor condam ser Donati Callello, ciuis dicte Terre Fluminis . . . fecit, constituit, creauit, et ordinauit probum virum ser Mateum, eius filium . . . suum verum et legitimum procuratorem, . . . presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, differentijs, et controuersijs, que et quas quomodocunque habet siue habitura est cum quacunque persona Chersi, et in eius insula, tam in agendo quam in defendendo, et ad exigendum et recuperandum quicquid dicte constituenti teneretur quacunque ex causa . . . . .

**S. 511.**

**Concordium Petri balistarij et Iacobi Maliuanich.**

Die XVJ mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito Barulich, Iohanne Coxarich, Cipriano Fariçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Petrus balistarius condam Iohannis, tanquam commissarius Ambrosij, nepotis sui et filij condam Andree, fecit tale pactum et concordium cum Iacobo Maliuanich, marito Catarine, matris dicti Ambrosij, videlicet quod dictus Iacobus dare debeat prefato Ambrosio vitum, vestitum, et calceatum decentem, omnibus suis



http://library.foi.hr

sumptibus et expensis quousque ad etatem idoneam et legitimam peruenerit. Cum vero prefatus Ambrosius legitime etatis fuerit, prelibatus Iacobus ipsi Ambrosio dare et soluere teneatur libras centum pro parte hereditatis sue paterne. Pro quibus libris centum dandis et soluendis, ut supra, dictus Iacobus predicto magistro Petro obligauit et pro speciali pignere designauit suum ortum positum in Luchi .....

**Procura Malgarite Cherindichioue.**

Die prescripto. In Terra Fluminis sancti Viti in domo heredum condam ser Iohannis Mateieuich, presentibus ser Dominico de Fantonis, Petro balistario condam Iohannis, Gaspare Andregetich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis testibus... Ibique nobilis domina Margarita, uxor generosi milliti domini Georgij Cherendich... fuit, constituit, creauit, et ordinauit Christoforum Mateieuich... suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicte constituenti teneretur quacunque ex causa Pagi, et in eius insula .....

**Procura Iacobi Bachinich.**

Die XXIJ mensis Octobris. Segne in cimiterio sancte Marie, presentibus Mateo Vngaro, Iohanne et Mateo, ambobus de Busana, omnibus famulis generosi millitis domini Nicolai de Barnis, vicarij Segne, testibus... Ibique nobilis iuuenis Iacobus Mateieuich condam iudicis Iohannis, ciuis Terre Fluminis sancti Viti... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Christoforum Mateieuich, eius fratrem... suum uerum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur Pagi et in eius insula quacunque ex causa .....

**S. 512.**

**Pro ser Georgio Ruseuich contra Antonium de Lisaç.**

Die XXIIIJ mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, iudice Iurcho de Dreuenico, Georgio Golçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Antonius Matei de Lisaç... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Georgio Ruseuich, ciui dicte Terre Fluminis... ducatos quatuor boni auri et iusti ponderis, et hoc pro damno, interesse, et expensis, que et quas passus est et patietur propter vulnus sibi illatum a dicto Antonio. Quos quidem ducatos 4^or^ dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos .....

**Pro Martino Satanni contra Franchum Çichadich.**

Die XXV mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Stefano Blasinich, Blasio cerdone condam Antonij, Ambrosio Poglainich, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Franchus Çichadich de Castua, tanquam plegius et fideiusser Iohannis, fratris sui, fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Martino Satani... libras XXVIIIJ^uem^ et solidos duos paruorum. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet .....



http://library.foi.hr

**Protestus Bartoli Obadich.** Die XXVIIIJ mensis Octobirs. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich, Chirino Milçich, testibus . . . . Ibique coram domino capitaneo, iudicibus, et consilio comparuit Bartolus Obadich asserens et dicens qualiter Luca Samburich petit ab eo contra omnem iusticiam aliqua terrena, quapropter perdit tempus stando in dicta Terra Fluminis expectando quod fiat iusticia, idcirco protestatus fuit contra dictum Lucam . . . . .

**Pro ser Antonio Nicolai de Firmo contra Gasparem de Labaco.** Die vltimo mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Georgio Rompler, Floro Rossouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ad hec uocatis et rogatis. Ibique Gaspar de Labaco, rerum gestor iudicis Matchi de Labaco, nomine ac vice dicti iudicis Matchi, promisit dare et consignare in dicta Terra Fluminis Antonio Nicolai condam domini Antonij siue eius procuratori, milliaria decem ferri boni de Vlspergo usque ad festum . . . . .

**Procura suprascripti ser Antonij.** Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ser Antonius Nicolai condam domini Antonij de Firmo . . . fecit, constituit, creauit, et ordinauit Riçcardum del Bene de Florentia . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque causa, tam in Terra Fluminis predicta quam per totam Sclauoniam . . . . .

**Procura suprascripti ser Antonij.**

S. 513.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Suprascriptus ser Antonius, habens ad infrascripta plenam potestatem et mandatum a ser Gabriele Lippacij de Firmo, uti constat instrumento procurationis . . . . . a me notario infrascripto viso et lecto, fecit et substituit ser Riçardum del Bene de Florentia . . . procuratorem . . . in causa seu causis, quam et quas prefatus substituens, procuratorio nomine suprascripto, habet siue habere posset cùm Leonardo de Stayn et quacunque alia persona . . . . .

**Proclamatio contra Stefanum Cernolich.** Die primo mensis Nouembris. De mandato domini capitanei et iudicum, et consilij Valentus, publicus preco, in lobia comunis voce preconia proclamauit, quod quecunque persona, cuiusuis condicionis exiteret, que daret Stefano Cernolich ad credenciam aliquid siue super aliqua possessione concederet aut ipsam emeret siue alio quouis modo a dicto Stefano allienaret, talis emptio et allienatio non sit alicuius roboris nec valeat e(o) quod non est boni sensu, et perdat totum id quod taliter daret siue concederet, excepta vinea, quam dixit prius vendidisse Stefano Mortath.

**Pacta Pauli Lustalar et ser Iohannis de Appullia.** Die decimo mensis Decembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Alexandro, Blasio condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Paulus Lustalar de Labaco promisit accipere a ser Iohanne de Sancto



http://library.foi.hr

Seuero de Appullia milliaria tria salnitri. Pro quibus tribus milliarijs salnitri dictus Paulus prefato ser Iohanni dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis milliaria sex ferri boni et mercimonialis usque ad festum.....

**Pro ser Riçardo de Florentia contra Paulum Lustalar.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus ser Dominico de Fantonis, ser Nicolao Demitrij de Ragussio, mercatoribus in dicta Terra Fluminis, testibus ad hec uocatis et rogatis. Ibique Paulus Lustalar fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a ser Riçardo del Bene de Florentia, dante vice ac nomine ser Antonij Nicolai condam domini Antonij de Firmo, milliaria duodecim olei.

**Pro suprascripto Paulo contra surascritum Riçardum.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ser Riçardus del Bene de Florentia fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse nomine ac vice ser Antonij Nicolai condam domini Antonij de Firmo milliaria decem ferri a iudice Paulo Lustalar de Labaco.

**Pro suprascrito ser Riçardo contra Paulum Lustalar.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique iudex Paulus Lustalar de Labaco fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a ser Riçardo del Bene de Florentia milliaria duo et çabros quatuor olei cum dimidio, pro precio et nomine precij ducatorum viginti sex auri. Pro qua quidem olei quantitate prefatus Paulus dicto Riçardo dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum bonum et mercimoniale pro precio ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario usque.....

**Pro Antonio de Ancona contra Iacobum Maliuanich.**

Die XVIIJ mensis Decembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Paulo barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iacobus Maliuanich, per se suosque heredes et successores, fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Antonio Iohannis de Ancona, mercatori in dicta Terra Fluminis... libras septuaginta quinque paruorum, et hoc pro frumento habito a dicto creditore..... Et ad cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit muraleam suam, et suam vineam totam, sitam in Coxala.

**Pro iudice Iacobo Micolich et Francisco de Fano contra Iohannem Tome de Sancto Leonardo de Chanaro.**

Die XXIJ mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Toma remerio de Bucharo, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iohannes Tome de Sancto Leonardo de Chanaro... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Iacobo Micolich... pro se ac vice et nomine Francisci Petri de Fano, ducatos septuaginta octo boni auri et iusti ponderis et (S. 514) et solidos quinquaginta tres paruorum nomine mutui. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefatis creditoribus dare et consignare



http://library.foi.hr

S. 515. **Procura Çanini Tamiser in Tomasinum.**

In Christi nomine. Amen. Anno natiuitatis eiusdem millessimo quadrigentessimo quinquagessimo quarto, indictione secunda, die penultimo Decembris. Sub arbore ante P(ortam Terr)e Fluminis sancti Viti a mari presentibus iudice Stefano Blasinich, Toma Mocenigo testibus... Ibique Çaninus Tamiser de Maçorbo... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Nicolaum Tomasini de Caldana de Vegla... suum uerum et legitimum procuratorem,... presertim in omnibus et sigulis litibus, placitis, questionibus, et differentijs, que et quas habet siue habiturus est cum quacunque persona in dicta Terra Fluminis.....

**Pars capta pro solutione legatorum ecclesie sancte Marie et aliorum creditorum.**

Die secundo mensis Ianuarij. In stuba castri illustrium dominorum de Valsse in Terra Fluminis Sancti Viti per spectabilem ac generosum virum dominum Andream de Foramine, capitaneum, iudices, et consilium dicte Terre Fluminis capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet quod aliquod testamentum quod ab hodierna die in antea fiet in dicta Terra Fluminis siue eius districtu inualidum reputetur, et pro inualido habeatur quousque omne id quod legatum fuit per testatorem ecclesie sancte Marie de dicta Terra Fluminis ab herede non fuerit solutum illi uel illis qui deputabuntur ad exigendum talia legata. Et similiter quod a triginta annis proxime elapsis citra omnia et singula legata prefate ecclesie sancte Marie debeant exigi sine remissione per deputandos per suprascriptos dominos, et quod plebanus iudex Vitus condam ser Matchi (et) iudex Nicolaus Micolich teneantur et debeant exigere sine aliqua remissione omnia et singula credita predicte ecclesie sancte Marie, exceptis suprascriptis, vna cum me Antonio notario infrascripto.

**Pars capta quod bona aliarum fraternitatum applicantur fraternitati sancte Marie.**

Vltrascriptis die ac loco. Prefati domini ordinauerunt quod omnia et singula bona mobilia et immobilia omnium fraternitatum dicte Terre Fluminis, exceptis bonis fraternitatis sancti Iohannis, debeant applicari bonis fraternitatis sancte Marie, et gubernari per gastaldiones dicte fraternitatis bene et diligenter, qui gastaldiones teneantur et debeant bene et decenter officiare et illuminare ecclesias siue altaria, que dicte fraternitates officiare et illuminare tenentur, hac tamen condicione et pacto, quod fratres prelibate fraternitatis sancte Marie non possint nec valeant suprascripta bona modo aliquo vendere, permutare uel allienare sine voluntate et consensu suprascriptorum dominorum uel successorum, et quod suprascripti domini, et eius (!) successores possint et valeant dicta bona auferre a dicta fraternitate, et de ipsis disponere prout eis melius videbitur. Item quod omnes fratres dictarum fraternitatum siue sorores, qui non sunt fratres uel sorores in prefata fraternitate sancte Marie, debeant assummi in dicta fraternitate, absque aliqua solutione dummodo eis placeat.



http://library.foi.hr

**Pars quod vinum non vendatur ante magnam missam.**

Die tercio mensis Ianuarij. In palatio illustrimum dominorum nostrorum per suprascriptos dominum capitaneum, iudices, et consilium statutum, et ordinatum fuit, quod decetero nulla persona cuiusuis condicionis existat nec aliquis hospes audeat uel presumat tenere tabernam apertam neque alicui habitanti in dicta Terra Fluminis vendere vinum diebus festiuis, que celebrantur, antequam magna missa fuerit cantata, sub pena solidorum XL[ta] pro qualibet vice exigenda confestim sine aliqua remissione, cuius quidem pene tercia pars sit accusatoris.

**Pars capta pro non ludendo.**

Vltrascriptis die ac loco. Per suprascriptos dominos statutum et ordinatum fuerit, quod decetero nulla persona cuius vis (!) condicionis existat audeat uel presumat ludere luda in publica platea de die solum (!) ad aliquem ludum cartarum neque taxillorum nec ad aliquod alium ludum, excepto quam ad ludum alearum, neque pro denarijs neque pro vino, nisi pro quinque sangnicijs et pro sexto aut re comestibili, neque pro alia re, sub pena librarum quinque confestim sine remissione exigenda, cuius pene tercia pars sit accusatoris. Et ad eandem penam cadat ille qui permitteret ludere in domo sua, et tabernarius qui permitteret ludere in taberna, intelligendo quod non possit ludi in dicta Terra

S. 516. Fluminis (S. 516.) n(ec in ei)us district(u) nec audeat uel presumat aliquis habitator dicte Terre Fluminis accedere ad territorium Cersati pro ludendo, sub pena prescripta. Possit tamen quilibet ludere absque pena in nundinis siue ferijs sanctorum martirum Viti, Modesti, et Cresentie, et beati Iohannis Baptiste, (et) Natiuitatis domini nostri Iesu Christi. Qui non habet vnde soluere stare debeat in compendibus XV diebus.

**Pars capta pro celebrando festiuitates.**

Item statuerunt et ordinauerunt, quod diebus dominicis ac alijs diebus festiuis nulla apoteca aperiatur nec aliquid vendi possit nec aliquod opus seruile fiat neque aliquod forum siue mercatum, sub pena librarum quinque exigenda confestim sine remissione, cuius pene tercia pars sit accusatoris.

Que tres partes fuerunt proclamate die sexto Ianuarij per Valentum, publicum preconem, in locis consuetis.

**Pro iudice Iacobo Micolich et pro Francisco de Fano contra Michsam Ternach.**

Die tercio mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Alexandro Vidaçich (et) Blasio cerdone condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Michsa Ternach de Labaco... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micolich... pro se ac vice et nomine Francisci condam Petri de Fano ducatos vigintiquinque boni auri et iusti ponderis, et hoc pro saldo et calcullo omnium suarum rationum. Pro quibus quidem ducatis XXV dictus debitor prefatis creditoribus dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis usque ad ... ferrum bonum et mercimoniale pro ducatis XIIJ auri pro singulo milliario.....



http://library.foi.hr

**Pro suprascriptis contra Antonium de Ancona.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Martino Satanni, (et) Veneciano de Cregnino, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Antonius Iohannis de Ancona, mercator in dicta Terre Fluminis..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Iacobo Micolich et Francisco Petri de Fano... ducatos trecentos et nonaginta boni auri et iusti ponderis et solidos nonagintaquinque paruorum, et hoc pro ferro ac pellibus habitis a dictis creditoribus.....

**Pro suprascritis contra Mateum Choceuiar.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Mateus Choceuiar, habitator Labaci..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich et Francisco Petri de Fano..... ducatos octoaginta tres boni auri et iusti ponderis et solidos sexdecim, et hoc pro oleo habito a dictis creditoribus. Pro qua quidem pecunie quantitate dictas (!) debitor prefatis creditoribus dare et consignare pro misit(!) in dicta Terra Fluminis ferrum bonum de Ospergo in ratione ducatorum pro singulo milliario siue pelles teotonicas pro precio ducatorum quatuor auri cum dimidio

S. 517. (S. 517.) pro singulo centenario librarum usque ad...

**Pro Draga contra Catarinam.**

Die prescripto. In domo infrascripte Catarine, presentibus Rafaele de Fossambruno, Chirino Milçich, testibus... Ibique Draga uxor condam Laurentij Pilar vendidit Catarine, uxori iudicis, Damaini, vnum terrenum vacuum, situm iuxta dictam venditricem, pro libris quinquagintaquinque, et quod dicta emptrix debeat aptari facere domum dicte Drage ex suprascriptis denarijs, et residuum dare debeat... usque ad...

**Pro statera comunis.**

Die nono mensis Ianuarij. In statione Rafaelis de Fossambruno spectabilis ac generosus vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus, iudices, et consilium Terre Fluminis sancti Viti examinatis illis qui in hac causa examinandi sunt, habito super his maturo consilio, et diligenti deliberatione, ordinauerunt et statuerunt, quod decetero statera comunis cum qua libratur ferrum debeat singulo anno iustari ueluti alie statere et mensure cum quibus libratur et mensuratur iustantur. Que statera crescere debet tres libras pro centenario vltra mensuram Venetam.

**Pro ser Iohanne de Appullia contra Petrum Spinçich.**

Die XJ mensis Januarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Blasio bechario, Mateo Dragulich, testibus... Ibique Petrus Spinçich de Castua... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Iohanni de Sancto Seuero de Appullia..... ducatos vigintiquatuor cum dimidio boni auri et iusti ponderis, et hoc pro capris centum et sex, habiti a dicto creditore.....



http://library.foi.hr

**Testificatio Iacobi Rigouich de Segna.**

Die ac loco suprascriptis. Ser Iacobus Rigouich, testis productus per Georgium Grando, habitatorem Venetiarum, in lite et differentia, que ventillatur inter ipsum ... et Nicolaum Tomasini de Vegla ... et examinatus per nobiles viros ser Vitum Barolich et ser Georgium Ruseuich, ad presens iudices, et iuratus dixit et testificatus fuit, qualiter dare tenebatur predicto Nicolao ducatos quinque auri, pro quibus dedit sibi pro pignere vnam crateram argenteam, ex quibus ducatis quinque ipse testis misit dicto Nicolao duos ducatos per filium suum ad nundinas sancte Malgarite, deinde venit a dictam Terram Fluminis, et dixit Nicolao: »Da michi meam crateram. Ego volo tibi dare tuos tres ducatos«. Qui respondit quod erat in manibus Antonij de Ponte. Vnde ipse testis dum esset Segne interrogauit dictum Antonium pro suprascripta cratera, qui respondit quod ipsam non habebat. Hoc ipse testis intelligens redijt a dictum Nicolaum, et dixit sibi: »Vbi est mea cratera, quia non est aput Antonium de Ponte«. Qui respondit: »Non dubites, quia est in manibus Georgij Grando«. Postmodum dum inuenisset predictum Georgium dixit sibi: »Da michi meam crateram, quam habes a Tomasino, et ego volo tibi dare tres ducatos.« Qui Georgius respondit: »Nolo quia est michi in pignere pro quinque ducatis«. Postea dixit dicto Nicolao: »Da tu duos ducatos Georgio, et ego accordabo eum pro tribus ducatis«. Sed ipse nunquam fuit concors cum dicto Georgio nec sibi aliquid dedit.

**S. 518. Protestus Nardi de Vigilijs.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus iudice Damiano condam Matei, Simeone Maurich, Teodoro condam Dominici, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram spectabili viro domino Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, sedente cum ambobus iudicibus, comparuit Nardus Berarduci de Vigilijs asserens et dicens qualiter generosus milles dominus Nicolaus de Barnis fuit hodie per regimen dicte Terre Fluminis absolutus a petitione ipsius Nardi, uti constat in actis mei notarij infrascripti, **et hoc accidit eo quod prescriptus dominus capitaneus non potuit bene intelligere petitionem dicti Nardi loquentis** ytallice eo quod dictus dominus capitaneus ignorat ydioma ytallicum id est linguam ytallicam[1], quapropter ..... prefatus Nardus protestatus fuit quod non laudat nec approbat neque acceptat sententiam, latam per suprascriptum regimen die presenti aduersus predictum Nardum eo quod ipsi Nardo videtur quod non sit iuste facta ac etiam similiter protestatus fuit quod intendit vti iuribus suis cum Iohanne, filio dicti domini Nicolai, cum quo fecit nauliçatum ac etiam protestatur de expensis secutis et secuturis usque ad finem litis aduersus illum, quem hoc tanget negotium.

1) Taj nam podatak dokazuje, da riječki kapetan Andrea de Foramine, koji je vršio sudovanje s još dva suca, nije poznavao ni razumijevao talijanski jezik.



http://library.foi.hr

**Protestus suprascripti Nardi.** Die XIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Damiano condam Matei, Teodoro condam Dominici, Paulo Vidotich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro domine Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, ser Vito Barulich, ad presens iudice, comparuit Nardus Berarduci de Vigilijs asserens et dicens qualiter hodie preterit terminus decem dierum in quibus debebat habere a Iohanne, filio domini Nicolai de Barnis ... ducatos nonaginta auri pro solutione nauli, uti constat in noliçatu facto inter dictos Iohannem et Nardum, et insuper ipse Nardus misit ad dictum dominum Nicolaum, quod daret sibi ducatos suprascriptos, et ipse respondidit quod nollet dare, idcirco prefatus Nardus ... protestatus fuit contra dictum Iohannem ... et dictum dominum Nicolaum ... presente tamen Alegreto Marini de Tragurio, misso siue nuncio predicti domini Nicolai, de omnibus et singulis expensis ..... Volens quod in hoc protestu intelligantur et pro expressis habeantur omnia et singula ipsius Nardi iura, que per eius ignorantiam ommissa forent.

**Responsio vltrascriptis die, loco ac testibus.** Coram suprascriptis domino capitaneo et iudice comparuit Alegretus Marini de Tragurio, nomine generosi millitis domini Nicolai de Barnis, respondens protestui Nardo Berarduci de Vigilijs ... contra ipsum dominum Nicolaum et Iohanem, eius filium, die instanti, dicens quod accedere debeat dictus Nardus ad faciendum calcullum et rationem cum domino Nicolao, et quod facto calcullo siue ratione interipsos, ipse dominus Nicolaus est paratus soluere si in aliquo debitor extiterit dicti Nardi.

**Protestus domini Nicolai de Barnis.** Vltrascriptis die, loco ac testibus. Coram suprascripto domino capitaneo et iudici(!) comparuit Alegretus condam Marini de Tragurio, tanquam nuncius generosi millitis domini Nicolai de Barnis, asserens et dicens qualiter Nardus Berarduci de Vigilijs contra tenerum noliçatus, facti inter dictum Nardum et Iohannem, filium dicti domini Nicolai, fecit scalam in portu ciuitatis Segne, et ibidem exonerauit multas mercancias, ob quam causam ipse dominus Nicolaus est passus maxima danum(!), interesse, et expensas, quapropter prefatus Alegretus ..... protestatus fuit .....

**S. 519.**

**Pro Riçardo de Florentia contra Gasparem de Labaco.** Die XIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Gaspare Antonij de Çescho de Firmo, Floro Rossouich de dicta Terra Fluminis, testibus ... Ibique Gaspar, rerum gestor iudicis Matchi Vidaç de Labaco ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Riçardo del Bene de Florentia ... ducatos quinquagintanouem boni auri et iusti ponderis et solidos trigintasex paruorum, et hoc pro amigdalis habitis a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate prefatus debitor dicto creditori dare et consignare



http://library.foi.hr

promisit ferrum bonum de Ospergo in ratione ducatorum tresdecim auri per singulo milliario usque ad .....

**Testificatio pro Nicolao condam iudicis Pauli.**

Die XIIIJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, iudicibus, et consilio iudex Damianus condam Matei, testis productus per Nicolaum condam iudicis Pauli, et interrogatus si scit quod stuba posita iuxta domum ser Gregorij Morganich de Iadra, que olim fuit ipsius testis, scit(!) Georgij Flori de Iadra, dixit et testificatus fuit qualiter ipse testis scit quod prefatus Georgius exegit a Valentino Iurlinouich dictam stubam, et ipsam nunquam voluit consentire predicto Gregorio Morganich .....

**Testificatio pro suprascripto Nicolao.**

Vltrascriptis die ac loco. Chirinus Spinçich, productus per suprascriptum Nicolaum, et interrogatus a suprascriptis dominis quid scit de suprascriptis dixit et testificatus fuit qualiter scit quod Georgius condam Flori suprascriptus exegit a Valentino Iurlinouich suprascriptam stubam, que deliberata fuerat ipsi Valentino ad publicum incantum.

**Pro presbitero Ambrosio de Bucharo contra Iohannem Chijchia(!).**

Die XVJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Simeone Maurich, Iusto barberio, ciuibus dicte dicta Terra Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes Terdouich Morlachus ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere presbitero Ambrosio Rodolfouich de Bucharo ..... ducatos quatuor (boni) auri et iusti ponderis nomine mutui ...

**Pro iudice Nicolao contra Pangratium de Cilia.**

Die XVIIJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Simeone Maurich, Iusto barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Pangratius de Subnich de Cilia ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich ..... ducatos quinque boni auri et iusti ponderis minus quatuor solidis, et hoc pro oleo habito a dicto creditore .....

**Pro ser Ançulino contra Paulum Lustalar.**

Die XVIIIJ mensis Ianuarij. In domo infrascripti ser Ançulini, presentibus Rafaele de Fossambruno, Martino aurifice condam Dominici, testibus ... Ibique ser Ançelini Bonfiolo de Florentia et Paulus Lustalar de Labaco fecerunt simul tale pactum et conuentionem, videlicet quod prefatus Ançelinus dedit et numerauit dicto Paulo ducatos centum auri, et alios centum ducatos dare et numerare promisit confestim cum dictus Paulus dederit medietatem rerum siue mercanciarum infrascripta-
**S. 520.** rum, (S. 520.) et quod dictus Paulus accipere debet milliaria decem olei a prefato ser Ançulino pro precio ducatorum vigintiocto auri pro singulo milliario. Pro quibus quidem ducatis ducentis et valore dicti olei prefatus Paulus dicto ser Ançelino



http://library.foi.hr

consignare promisit pelles bouinas pro precio ducatorum quatuor auri cum vno quarto pro singulo centenario librarum ponderis siue ferrum pro precio ducatorum duodecim auri pro singulo milliario pro dictis ducatis ducentis, quos recepit in prompta pecunia, et ferrum pro precio ducatorum tresdecim pro singulo milliario pro valore dicte quantitatis olei videlicet medietatem usque ad .....

**Pro Grisostomo de Firmo contra Paulum Lustalar.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique Paulus Lustalar et Grisostomus de Firmo simul fecerunt talem conuentionem et pactum, videlicet quod dictus Grisostomus predicto Paulo dedit et numerauit ducatos septuaginta auri et triginta dare debet usque ad... Et predictus Paulus accipere debet a dicto Grisostomo milliaria quinque cum dimidio olei pro precio ducatorum vigintisex pro singulo milliario. Pro quibus quidem ducatis centum dictus Paulus dare et consignare promisit ferrum bonum pro precio ducatorum duodecim pro singulo milliario siue pelles magnas pro precio ducatorum quatuor auri cum dimidio, et pro valore dicte quantitatis olei dare et consignare promisit pelles, ut supra, siue ferrum pro precio ducatorum tresdecim pro singulo milliario usque ad .....

**Pro suprascripto contra suprascriptum Paulum.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Paulus Laustalar (!) fuit confessus et contentus habuisse ac recepisse a suprascripto Grisostomo libras quatricentas et viginti vnam saponi in ratione ducatorum quindecim pro milliario. Pro qua quidem saponi quantitate dictus Paulus dare et consignare promisit predicto Grisostomo pelles bouinas, ut supra, siue ferrum bonum pro precio ducatorum tresdecim pro milliario.

**Pro iudice Iacobo et Francisco de Fano contra Iacobum Chuchar.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Georgio Contouich de dicta Terra Fluminis, Filipo Laurentij de Arimino, testibus... Ibique Iacobus Chuchar..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micolich et Francisco Petri de Fano..... ducatos centum et nouem boni auri et iusti ponderis et solidos septuagintaquinque, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas dictus Iacobus Chuchar habuisset cum prefatis creditoribus usque ad presentem diem pro societate, quam prelibati creditores simul habent. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefatis creditoribus dare et consignare promisit ferrum bonum de Ospergo pro precio ducatorum tresdecim pro singulo milliario usque ad .....

**Pro Iohanne et Georgio Contouich contra Agabitum.**

Vltrascriptis die ac loco. Nobilis vir ser Georgius Ruseuich, ad presens honorabilis iudex dicte Terre Fluminis, presente iudice Iurcho, precepit michi guod scribere deberem qualiter heri fuerunt octo dies quibus Agabitus Contouich contradixit incan-



http://library.foi.hr

tui Iohannis Contouich et Georgij, fratrum, et nunquam comparuit allegans siue producens iura sua neque se presentauit hanc ob causam in iudicio, ideo cecidit a iure suo si quod ius habebat in rebus incantatis, secundum ordines dicte Terre Fluminis.

S. 521 Procura Petri balistarij in Iacobum Maliuanich.

Die XXIJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Veneciano de Gregnino, Mochoro Seualich, Demitrio condam Georgij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Petrus balistarius, ciuis dicte Terre Fluminis, tanquam tutor et gubernator Ambrosij, nepotis sui et filij condam Andree balistarij, et heredis pro medietate dicti patris sui..... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Iacobum Maliuanich... suum verum et legitimum procuratorem... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto Petro, constituenti, nomine quo supra, taneretur tam Venetijs et in dicta Terra Fluminis quam alibi vbicunque.....

Pro domino Nicolao de Barnis contra Marcum Cersatich.

Vltrascripto die. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Francisco condam Petri de Fano, Iacobo Maliuanich, testibus... Ibique Marcus Cersatich... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Dominico de Fantonis,... vice et nomine generosi millitis domini Nicolai de Barnis, ducatos septem boni auri et iusti ponderis et solidos sexagintanouem paruorum, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque prefati creditor et debitor simul habuissent usque ad presentem diem.....

Procura Catarine, uxoris Iacobi Maliuanich in eius virum.

Die XXIIJ mensis Ianuarij. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus Martino Satanni, Iacobo Tonchouich, Luca Cauretich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Catarina, uxor Iacobi Maliuanich de dicta Terra Fluminis..... fecit, constituit, creauit, et ordinauit prefatum Iacobum, maritum suum..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicte constituenti, nomine quo supra, quomodocunque teneretur tam Venetijs, et in dicta Terra Fluminis, quam alibi vbicunque.....

Procura Massi de Ortoni in Franciscum.

Die XXIIIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, ser Dominico de Fantonis, testibus... Ibique Massius Cichareli de Ortona..... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Franciscum Cole Riuonte de Ortona... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti quomodocunque teneretur.....

Protestus Leonardi.

Die XXVJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Chirino Spinçich, Georgio sarctore con-



http://library.foi.hr

dam Stefani, testibus... Ibique coram ambobus iudicibus dicte Terre comparuit Leonardus de Monte Falchono, tanquam rerum gestor ser Iohannis de Rauena, asserens et dicens qualiter plures dies elapsi sunt, quod Tomas remerius conducere debebat ad dictam Terram Fluminis vnum arborem pro nauignio predicti ser Iohannis, quod minime factum est, idcirco dictus Leonardus..... protestatus fuit contra dictum Tomam.....

**Protestus Cole.**

S. 522.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Coram suprascriptis dominis iudicibus comparuit Cola de Betone de Trano asserens et dicens qualiter nauliçauit Laçarum de Tergesto (S. 522.) cum suo nauignio, et quia videt quod dictus Laçarus minime se preparat ad viagnium, idcirco dictus Cola..... protestatus fuit contra dictum Laçarum.....

**Pro domino Nicolao de Barnis contra Nardum de Vigilijs.**

Die XXVJ mensis Ianuarij. In Terra Fuminis sancti Viti in statione Grisani condam iudicis Martini, presentibus Cola de Betone de Trano, iudice Damiano condam Matei de Iadra, Masso (! Massio) Cichareli de Ortona, testibus... Ibique Nardus Berarduci de Vigilijs fuit contentus et confessus se habuisse ac manualiter recepisse a ser Dominico de Fantonis de Florentia, dante et soluente nomine ac vice generosi millitis domini Nicolai de Barnis, ducatos nonaginta boni auri et iusti ponderis pro solutione nauli milliariorum quadraginta vnius olei, que dictus Nardus portare promisit ad dictam Terram Fluminis Iohanni, filio dicti domini Nicolai.....

**Accordatio famuli pro Antonio de Lucho.**

Die XXJ mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Cusma Mulsetich, Mateo Laus, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Tomas Valenti de Stinisichiacho..... fecit concordium et conuentionem cum Nicolao Antonij de Lucho, habitatore Chersi, quod ipse Tomas stare debeat cum prefato Antonio duobus annis proxime futuris, et ipsi seruire tanquam domino suo bene et diligenter, et ipsi tanquam patrono suo obedire toto tempore dictorum duorum annorum. Et prefatus Antonius dare debeat.....

**Pro Bonpetro de Ancona contra iudicem Iurchum.**

S. 523.

Die XXIJ mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iacobo Micolich, Grisano Tonchouich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Iurchus de Dreuenico..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Bonpetro Antonij de Ancona..... ducatos viginti boni auri et iusti ponderis nomine mutui..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere (S. 523.) designauit suam vineam, sitam ad Braidam, his pactis et condicionibus, quod.....



http://library.foi.hr

**Pro iudice Iacobo Micolich et Francisco Petri de Fano contra Iohanem de Sancto Leonardo.**

Die XXIJ mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Lodouico Salomonis de Venetijs, Lamberto de Arimino, ambobus mercatoribus in dicta Terra Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes Tome de Sancto Leonardo ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micolich et Francisco Petri de Fano ..... ducatos vigintiquatuor boni auri et iusti ponderis et solidos trigintasex paruorum nomine mutui .....

**Pro Francisco de Fano prescripto contra suprascriptum Iohanem.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Suprascriptus Iohannes dare et consignare promisit Francisco Petri de Fano in dicta Terra Fluminis milliaria quinquaginta dentium a pectine pro solidis LXV pro singulo milliario usque ad festum .....

**Pro Iacobo Pacharono de Firmo.**

Die XXIIJ mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Paulo barberio, Ilia Siuichouich, testibus ... Ibique Grisostomus de Firmo dixit, asseruit, et confessus fuit qualiter vice ac nomine Iacobi Pacharoni de Firmo, et tanquam rerum gestor ipsius, fecit quoddam mercatum cum Gaspare, rerum gestori (!) Matchi Vidaç de Labaco, quod mercatum dictus Iacobus in se recepit, promittens illud quantum ad eum pertinet adimplere, et prefatum Grisostomum ab ipso mercato indemnem seruare .....

**Protestus Viti Mateieuich.**

Die XXIIIJ mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Toma Srinschiach, Mateo Dragulich, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Vito Barulich, iudice, comparuit Vitus Mateieuich asseres et dicens qualiter Malogna ne Castua dare sibi promisit in Recice stangas centum a pergulis ... quod minime factum est, vnde magnum patitur et passurus est detrimentum, idcirco protestatus fuit contra dictum Malognam .....

**Pro Ilia contra Iohannem Antonium de Vilacho.**

Die X mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Blasio condam Petri, Teodoro condam Dominici, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes Antonius de Bilacho(!) ..... promisit Ilie Siuichouich de dicta Terra Fluminis, ibidem presenti, cuius barcham onerauit aliquibus mercancijs pro eundo Tergestum, quod si casus accideret, quod absid, quod dicta barcha acciperetur pro contrabanno, quousque mercancije dicti Iohannis Antonij erunt in ipsa barcha, quod ipse vult soluere prefato Ilie, et restaurare ipsam barcham.

**Locatio domus abbatie sancti Iacobi a Prelucha.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Nicolao Tomasini de Vegla, Paulo cerdone condam Georgij, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique venerabilis vir dominus Iacobus, abbas sancti Iacobi a Prelucha, dedit et locauit ad affictum magistro Antonio sarctori condam Benedicti de Esculo ... domum mona-



http://library.foi.hr

sterij sancti Iacobi predicti, sitam in platea dicte Terre Fluminis superius et inferius, usque ad sex anno proxime futuros, his pactis et condicionibus, quod .....

**Pro Iusto locatio.** Qui Antonius locauit Iusto partem apotece inferius pro ducatis tribus auri... usque ad sex annos, hox tamen addito, quod si dictus Iustus nollet tenere partem suprascriptam, quod non possit alicui locare misi prescripto Antonio.

S. 524.
**Pro Francisco Crabunos contra Bartolum cerdonem.** Die X mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Georgio Ruseuich, Riçardo de Florentia, testibus... Ibique Bartolus cerdo, ciuis dicte Terre Fluminis... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Francisco Cole Riuonte de Ortona..... ducatos tresdecim boni auri et iusti ponderis, et hoc ferro, habito a dicto creditore.....

**Pro domino Nicolao de Barnis contra Alegretum de Ragusio.** Die XVIIJ mensis Marcij. In domo habitationis infrascripti creditoris, presentibus iudice Mauro Vidonich, Alegreto de Tragurio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Alegretus de Ragusio... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere circumspecto milliti domino Nicolao de Barnis..... ducatos vigintiquatuor boni auri et iusti ponderis, et hoc pro tercia parte marciliane, batelli, corediorum, arnensium, et massariarum (! massariciarum) dicte marciliane, quarum rerum terciam partem dictus Alegretus debitor emit a suprascripto creditore.....

**Pro Grisano contra Nicolaum Pecenini de Pola.** Die XXIIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Vito Mateieuich de Flumine, Lamberto de Arimino, testibus... Ibique Nicolaus Pecenino de Pola..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Grisano condam iudicis Martini.... libras trigintasex paruorum, et hoc pro lignamine, habito a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dictus debitor dare et soluere promisit ser Inotasio de Inotasijs de Pola confestim cum appullerit Polam.....

**Procura Marci Cersatich.** Die XXVJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Grisano stacionario, Iusto barberio, testibus... Ibique Marcus Cersatich, tanquam procurator Agnie Labutove, socrus sue... fecit et substituit Nicolaum Tomasini de Caldana de Vegla..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs, que et quas, nomine quo supra, habet siue habere intendit cum Laurentio Labutich.....

**Locatio famuli pro Francisco Crabunos.** Vltrascriptis die et loco. Presentibus Stefano Mortath, Bartolo Melcherich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Stefanus Antonij de Modrusa..... dedit, tradidit, et locauit



http://library.foi.hr

Matchum, filium suum, presentem et consentientem, Francisco Cole Riuonte de Ortona ... pro septem annis proxime futuris ad seruiendum, his pactis et condicionibus, quod.....

**Pro iudice Iacobo et Francisco de Fano contra Laurentium et Petrum Spinçich. S. 525.**

Die XXVIIIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Georgio Andregetich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Laurentius Spinçich et Petrus, eius frater, simul et in solidum ... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micolich et Francisco condam (S. 525.) Petri de Fano..... ducatos octoagintaquatuor cum dimidio boni auri et iusti ponderis, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione dictis creditoribus facta pro Chirino, eius fratre. Qui debitores simul et in solidum promiserunt dare et consignare in dicta Terra Fluminis prefatis creditoribus pelles magnas in ratione ducatorum quatuor cum dimidio pro singulo centenario librarum ponderis, tot quot ascendant ad summam ducatorum quinquaginta cum dimidio ... et pro ducatis triginta quatuor dare et consignare pelles, ut supra, pro precio librarum viginti paruorum pro singulo centenario siue promptam pecuniam.....

**Pro Chirino Spinçich contra Grisostomum de Firmo.**

Die penultimo mensis Marcij. In Terra Fluminis sancti Viti in domo generosi millitis domini Nicolai de Barnis, presentibus ipso domino Nicolao, Alegreto Marini de Tragurio, Petro Iohannis del Tonto de Pisauro, omnibus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Grisostomus Nicolai domini Vanni de Firmo..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich de Castua, ciui dicte Terre Fluminis..... ducatos quatricentos boni auri et iusti ponderis, et hoc pro vna domo empta a dicto Chirino.....

**Procura domini Nicolai de Barnis.**

Die quarto mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Alegreto Marini de Tragurio, Veneciano de Cregnino, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique generosus milles dominus Nicolaus de Barnis..... fecit, constituit, creauit, et ordinauit ser Nicolaum condam Dionisij de Segna..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, differentijs, et controuersijs, que et quas quomodocunque habet siue habiturus est cum Nicolao Demitrij de Ragna, et ab ipso exigendum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

**Pro ser Dominico de Fantonis contra ser Petrum de Brandicio.**

Die quinto mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Nicolao Micolich, Lamberto Iacobi de Arimino, testibus ... Ibique ser Petrus de Pando de Brandicio..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Dominico de Fantonis de Florentia..... ducatos quinquaginta boni auri et iusti ponderis nomine mutui.....



http://library.foi.hr

Pro iudice Nicolao Micolich contra ser Petrum de Brandicio.

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus ser Dominico de Fantonis de Florentia, Lamberto Iacobi de Arimino, testibus ... Ibique ser Petrus de Pando de Brandicio ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Nicolao Micolich, ciui dicte Terre Fluminis ..... ducatos centum boni auri et iusti ponderis nomine mutui .....

S. 526.
Pro Abrucio de Ortona contra Gasparem.

Die XX mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Nicolao Tomasini de Vegla, Antonio Rossouich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Gaspar de Labaco, tanquam rerum gestor iudicis Matchi de Labaco, fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Abrucio Cole de Ortona ..... ducatos ducentos et sex boni auri et iusti ponderis, et hoc pro libris centum et tribus croci. Pro qua quidem pecunie quantitate prefatus Gaspar dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis dicto Abrucio siue eius procuratori in presenti ducentas pelles de Allamania bonas pro precio ducatorum quatuor cum vno quarto pro singulo centenario librarum ponderis, et viginti milliaria ferri boni et bullati de Ospergo usque ad festum .....

Pro Maria.

Die XXIIJ mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Veneciano de Cregnino, Iuanusio Iurieuich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Chirinus Milçich, tanquam gubernator bonorum Iohannis, eius cognati, et Matchi, filij sui, dixit, asseruit, et contentus fuit, quod Maria, uxor Matei de Grobinico ab hodierna die in antea possit et valeat tenere, gaudere, et vsufructuare domum, que fuit olim Tome calafati, sitam in dicta Terra Fluminis in contracta(!) sancte Marie iuxta Blasium Peçich et Georgium molendinarium, absque ipsius Chirini contradictione .....

Pro iudice Martino de Cregnino contra Bartolum Melcherich.

Die penultimo mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Georgio Glauinich, Cipriano Fariçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Bartolus Melcherich ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Mateo Labadich, de Cregnino, ... vice ac nomine iudicis Martini Cotermanich de Cregnino, ducatos sexdecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, facta dicto Mateo, nomine quo supra, pro Stefano Mortath pro seccaticijs CC, quas dictus Stefanus fuit confessus habuisse a dicto iudice Martino .....

Pro Bartolo Melcherich contra Mortath.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Stefanus Mortath designauit pro speciali pignere Bartolo Melcherich suam vineam et totam possessionem, quas habet in Schurigna, et omnes vsufructus dicte vinee istius anni, et hoc pro suprascripta plegiaria.



http://library.foi.hr

**Pro Paulo barberio contra Teclam, uxorem Blasuli. S. 527.**

Vltrascriptis loco ac die. Presentibus presbitero Iohanne Suselich, iudice Iurcho de Dreuenico, testibus ... Ibique Tecla, uxor Blasij carpentarij, cum consensu dicti mariti, se constituit plegiam et fideiussorem (! fideiutricem) pro dicto viro suo Paulo Vidotich barberio, quod dictus Blasius usque ad ... veniet ad perficiendum opus, quod facere promisit (S. 527.) dicto Paulo. Et ad maiorem cautelam .....

**Pro Riçardo de Florentia contra ser Dominicum de Fantonis.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Bartolomeo Matiucij de Firmo, Laurentio de Calamota, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Dominicus de Fantonis de Florentia, tanquam plegius et fideiussor Alegreti del Bono de Ragusio, promisit soluere ser Riçardo del Bene de Florentia salmas tres cum dimidio frumenti, si et in quantum dictus Riçardus probauerit, quod dictus Alegretus recapit per mensuram nonagintanouem salmas frumenti colmas. Qui Alegretus promisit seruare indemnem prefatum ser Dominicum a suprascripta plegiaria.

**Procura Abrucij de Ortona in Franciscum Crabunos.**

Die vltimo mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Simone Oslich, Chirino Milçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Abrucijs Cole de Ortona ..... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Franciscum Cole Riuonte de Ortona ... suum verum et legitimum procuratorem, ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in quouis loco per totam Sclauoniam .....

**Pro Paulo Lustalar contra Bartolomeum Matiucij.**

Vltrascripto die in littore maris ante portam Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Simone Oslich, Vito Mateieuich, testibus ... Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo ... promisit dare et consignare Paulo Lustalar de Labaco in dicta Terra Fluminis tantum oleum bonum et mercimoniale pro precio et nomine precij ducatorum vigintiocto auri pro singulo milliario, quantum ascendat ad summam et valorem ducatorum centum et triginta auri usque ad .....

**Pro Bartolomeo Matiucij contra Paulum Lustalar.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Paulus Lustalar de Labaco... dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis Bartolomeo Matiucij de Firmo milliaria viginti ferri boni de Ospergo usque ad ......

**Procura Iohannis de Curçula in Blasiçam cerdonem.**

Die primo mensis Madij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Simone Oslich, Paulo Vidotich barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes condam Alegreti de Curçula ..... fecit, constituit, creauit, et ordinaut Bla-



http://library.foi.hr

sium cerdonem condam Antonij ... suum verum et legitimum procuratorem, ..... presertim ad faciendum examinari .....[1)]

**S. 528.**
**Pro iudice Nicolao et Francisco de Fano contra Mateum Choceuar.**

Die quarto mensis Madij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Rafaelis de Fossambruno, presentibus Agabito Diraçich, Iohanne dicto Iagnaç, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Mateus Choceuar de Labaco ... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich et Francisco condam Petri de Fano ..... ducatos octoagintatres boni auri et iusti ponderis et solidos sexdecim paruorum. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefatis creditoribus usque ad ..... his pactis et condicionibus, quod si dictus debitor prefatis creditoribus non soluerit in suprascripto termino, quod tunc et eo casu tres balle ligate canopacio, vna cesta plena mercibus, et tres barile cum mercibus, et octo barile cum calibe subtili, quas prefatis creditoribus designauit pro pignere, sint et esse debeant ipsorum creditorum .....

**Pro ser Dominico de Fantonis contra dominum Nicolaum de Barnis.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Riçardo del Bene de Florentia, Francisco condam Petri de Fano, Abrucio Cole de Ortona, omnibus mercatoribus in dicta Terra Fluminis, testibus ... Ibique generosus milles dominus Nicolaus de Barnis de Sancto Seuerino ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Dominico de Fantonis de Florentia ..... ducatos quingentos et vnum boni auri et iusti ponderis, et hoc pro saldo et calculo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent usque ad ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem creditori obligauit et pro speciali pignere designauit vnam capsam cum pannis de sirico diuersorum, his pactis et condicionibus quod .....

**S. 529.**
**Pro iudice Nicolao et Francisco contra Iacobum Chuchar.**

Die XIIIJ mensis Iunij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Rafaelis de Fossambruno, presentibus ser Lodouico Salamonis de Venetijs, Iohanne Milasinich, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Chuchar, habitator Labaci, promisit accipere a iudice Nicolao Micolich et Francisco Petri de Fano milliaria duodecim olei usque ad ... pro precio et nomine precij ducatorum triginta auri pro singulo milliario. Pro parte solutionis dicte quantitatis olei predicti iudex Nicolaus et Franciscus fuerunt contenti et confessi se habuisse ac recepisse a dicto Iacobo ducatos auri quinquaginta pro pellibus. Pro residuo vero valoris dicte quantitatis olei dictus Iacobus predictis iudici Nicolao et Francisco dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum bonum, subtile, et bullatum de Olspergo(!) pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario per terminos infrascriptos videlicet ......

1) Ta isprava u Izvorniku ostala nedovršena.



http://library.foi.hr

**Pro ser Petro Iohanne de Firmo contra Chirinum Spinçich.**

Die XVIJ mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Georgio condam domini Iohannis de Firmo, Blasio Emirisich de Segna, testibus... Ibique Chirinus Spinçich de Castua..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Petro Iohanni condam ser Grisostomi de Firmo..... libras octoagintanouem et solidos quatuordecim paruorum, et hoc pro frumento habito a dicto creditore..... et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam domum, sitam in dicta Terra Fluminis iuxta cimiterium sancte Marie, his pacto et condicione quod.....

**Pro Chirino Spinçich contra Gasparem de Grobinico.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Gaspar Suaçichieuich de Grobinico..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich de Castua..... libras centum et nonagintaquinque et solidos duodecim paruorum, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, facta pro Gregorio Nouachouich de Grobinico.....

**Pro iudice Nicolao et Francisco de Fano contra Vorichum de Labaco.**

Die XXIIJ mensis Iunij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione heredum condam ser Andregeti, presentibus iudice Vito Barulich, iudice Georgio Ruseuich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Vorichus piliparius de Labaco..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich et Francisco Petri de Fano..... ducatos trigintatres boni auri et iusti ponderis et solidos trigintanouem

S. 530. paruorum. Pro qua quidem pecunie, quantitate (S. 530.) dictus debitor prefatis creditoribus dare et consignare promisit ferrum bonum de Ospergo pro precio ducatorum tresedecim auri pro singulo milliario usque ad...

**Pro iudice Nicolao et Francisco contra Vorichum de Labaco.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique Vorichus de Labaco dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis iudici Nicolao Micolich et Francisco Petri de Fano milliaria viginti ferri boni, subtilis de Olspergo per terminos infrascriptos videlicet...... Pro quo accipere debet a prescriptis oleum pro precio ducatorum vigintinouem auri pro singulo milliario.....

**Sententia contra Blasicam cerdonem.**

Die XXV mensis Iunij. In statione Rafaelis de Fossambruno per generosum virum dominum Andream de Foramine, capitaneum, ser Vitum Barolich, ser Georgium Roseuich, ad presens iudices, iudicem Maurum Vidonich, iudicem Nicolaum Micolich, iudicem Tonsam condam ser Nicole, iudicem Stefanum Blasinich, iudicem Mateum condam ser Donati, et iudicem Iacobum Micolich, omnes vnanimes et nemine discrepante, capta fuit pars, quod Blasius cerdo condam Antonij, ciuis dicte Terre Fluminis, qui vulnerauit Mateum barbitonsorem in platea super facie cum vno cultello, et etiam propter alia mala ab ipso commissa, per-



http://library.foi.hr

petuo sit bannitus et exul a dicta Terra Fluminis nec debeat aliquo tempore intrare dictam Terram Fluminis nec eius districtum. Et quicunque ciuis siue incolla(!) dicte Terre Fluminis qui prefatum Blasium videret in dicta Terra Fluminis siue eius districtu, teneatur et debeat ipsum capere si posset, et si non posset debeat post ipsum exclamare, sub pena indignationis illustrium dominorum nostrorum. Et quod si quis consiliarius dicte Terre Fluminis rogauerit pro dicto Blasio, quod debeat recipi in dictam Terram Fluminis siue quod non sit bannitus et exul, ipso facto sit priuatus consilio dicte Terre Fluminis nec sibi fieri debeat aut possit gratia, quod debeat ingredi dictum consilium[1]......

**Pro Gaspare de Labaco contra Bartolomeum Matiucij.**

Die XXVJ mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Paulo Vidotich, Andrea Iurchouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Gaspari de Labaco, factori iudicis Matei Vidaç de Labaco,..... milliaria nouem olei boni et clari.....

**Pro Petro Iohanne de Firmo contra Gasparem.** S. 531.

Die prescripto. In Terra Fluminis sancti Viti in statione heredum ser Andregeti, presentibus iudice Vito Barulich, Ambrosio Radolich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, (S. 531.) testibus ... Ibique Gaspar de Labaco, factor iudicis Matchi de Labaco, fuit contentus et confessus se habuisse ac manualiter recepisse a Petro Iohanne Grisostomi de Firmo ducatos septuaginta boni auri et iusti ponderis. Et similiter accipere promisit et tenetur a dicto Petro Iohanne milliaria quinque cum dimidio olei uel circa, pro precio et nomine precij ducatorum vigintisex auri pro singulo milliario usque ad..... Pro qua quidem pecunie ac olei quantitate prefatus Gaspar dare et consignare promisit ferrum bonum de Olspergo, pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario per terminos infrascriptos videlicet.....

**Pro iudice Nicolao et Francisco de Fano contra Gasparem.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Gaspar de Labaco, factor iudicis Matchi de Labaco, fuit contentus et confessus se vendidisse iudici Nicolao Micolich et Francisco Petri de Fano milliaria quinquaginta ferri boni de Olspergo, pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario. Quod quidem ferrum dictus Gaspar dare et consignare promisit dictis emptoribus in dicta Terra Fluminis per terminos suprascriptos videlicet.....

1) Ta je odluka o izgonu ukinuta 10. IX. 1456., jer in margine čitamo: »1456. die Xo mensis Septembris. Cancelatum fuit presens sententia de voluntate et mandato domini capitanei, iudicum, et consilij, quia ipsi fuit facta gratia. Antonius cancellarius mandato scripsit«.

**Pro suprascriptis contra prescriptum.** Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique Gaspar, factor iudicis Matchi de Labaco, accipere promisit ac debet a iudice Micolao Micolich et Francisco Petri de Fano milliaria trigintaocto olei clari pro precio et nomine precij ducatorum vigintiocto auri pro singulo milliario. Pro milliarijs viginti cuius quidem olei dictus Gaspar dare et consignare promisit prefatis iudici Nicolao et Francisco pelles bouinas pro precio et nomine precij ducatorum quatuor cum vno quarto auri pro singulo centenario librarum ponderis. Et pro residuo dicti olei, hoc est pro milliarijs decem et octo, prefatus Gaspar dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis prefatis iudici Nicolao et Francisco ferrum bonum de Olspergo pro precio ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario, et si nollet dare aut non posset pelles, ut supra, quod teneatur dare ferrum bonum de Olspergo pro tota dicta quantitate olei, videlicet milliariorum trigintaocto.....

**Pro suprascriptis contra Petrum de Pando.** Die XXVIJ mensis Iunij. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Rafaelis de Fossambruno, presentibus presbitero Alexandro Vidaçich, iudice Stefano Blasinich, Nicolao Çopich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique probus vir ser Petrus de Pando de Brandisio fuit contentus et confessus se vendidisse iudici Nicolao Micolich et Francisco Petri de Fano..... milliaria quadraginta olei clari, boni, et mercimonialis, pro precio et nomine precij ducatorum viginti auri pro singulo milliario, et duo millia et ducentos starolos frumenti, ad mensuram dicte Terre Fluminis, pro precio et nomine precij solidorum decem et nouem paruorum pro singulo starolo. Quas quidem olei et frumenti
S. 532. quantitates prefatus ser Petrus dare et consignare (S. 532.) promisit dictis emptoribus, omnibus suis sumptibus, risico, et periculo, in lottore maris ante dictam Terram Fluminis.... Qui venditor fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a dictis emptoribus pro ara, et parte solutionis dictarum quantitatum olei et frumenti, ducatos sexcentos et nonagintaunum boni auri et iusti ponderis pro ferro et clauis ab ipsis emptoribus habitis..... Qui emptores promiserunt et dare debent prefato venditori cum adduxerit et consignauerit ipsis suprascriptas quantitates olei et frumenti, ut supra, ducatos centum auri in prompta pecunia, et pro residuo valoris dictarum quantitatum olei et frumenti ferrum bonum et mercimoniale, pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario.

**Procura Teodori de Pera in Tomasinum.** Die XXVIJ mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Alexandro, presbitero Vito Cersatich, ambobus de Flumine... Ibique Teodorus Candaro de Pera..... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Tomasinum de Vegla... suum verum et legitimum procuratorem,..... presertim ad exigendum et recuperandum a ser Petro de Pando de Brandisio, et alia quacunque persona quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa, et de per eum receptis finem... faciendum.....



http://library.foi.hr

**Procura Baptiste Pacharono.**

Die XXVIIJ mensis Iunij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus domino presbitero plebano, presbitero Iohanne Susselich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique ser Batista(!) ser Antonij Pacharono de Firmo..... fecit, constituit, creauit, et ordinauit Petrum Paulum de Firmo... suum verum et legitimum procuratorem,..... presertim ad exigendum et recuperandum a Paulo Lustalar, et alia quacunque persona quicquid dicto constituenti teneretur.....

**Pro Teodoro contra Franchum de Castua.**

Die vltimo Iunij. In Terra Fluminis sancti Viti ante domum habitationis mei notarij inrascripti, presentibus Ilia Siuichouich, Nicolao Cigantich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Franchus Çichadich de Castua... promisit Cipriano Tudrouich, presenti, ac nomine ac(!) vice Teodori, patris sui, stipullanti, quod soluet sibi medietatem totius debiti in quo sibi tenetur usque ad..... hac condicione et pacto quod.....

**Pro Iurlino de Stayn contra dominum Nicolaum.**

Die quarto mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Nicolao Tomasini de Vegla, Bartolomeo Matiucij de Firmo, Georgio Rompler, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique generosus vir dominus Nicolaus de Barnis fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere
S. 533. Iurlino Saidenl de Stayn..... (S. 533.) ducatos quingentos et septuaginta quatuor boni auri et iusti ponderis, et hoc pro pellibus habitis a dicto creditore. Pro quibus quidem ducatis $V^c$ (!) et LXXIIIJ prefatus debitor dicto creditori dare et consignare promisit decem milliaria olei pro precio et nomine precij ducatorum vigintiquinque auri pro singulo milliario, et residuum in prompta pecunia usque ad..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit aliquas pecias panni de sirico, hac condicione et pacto quod.....

**Pro Petro Paulo de Firmo contra Paulum Lustalar.**

Die XV mensis Iulij. In magaçino Rafaelis de Fossambruno, presentibus Iohanne Machagnano, Veneciano de Cregnino, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Paulus Lustalar de Labaco promisit accipere a Petro Paulo Dominici de Firmo milliaria duodecim olei pro precio et nomine precij ducatorum vigintiseptem auri pro singulo milliario. Pro qua quidem olei quantitate dictus Paulus dare et consignare promisit ferrum bonum et mercimoniale, pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario.....

**Pro Lodouico de Firmo contra Mateum Iuriçich.**

Die XVJ mensis Iulij. In palatio illustrimum dominorum de Valse, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Iohanne Suab, hospite, testibus... Ibique Mateus Iuriçich de Capella accipere promisit et tenetur a Lodouico Petri Nicole de Firmo milliaria de-



http://library.foi.hr

cem olei, pro precio et nomine precij ducatorum vigintiseptem auri pro singulo milliario..... Pro qua quidem olei quantitate dictus Mateus dare et consignare promisit dicto Lodouico in dicta Terra Fluminis ferrum tale, et melius illo quod nunc habet, in dicta Terra Fluminis, pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario.....

S. 534.
**Pro Viuiano Maraspino contra Eufumiam.**

Die XVJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Martino Coxar, Simone Oslich, testibus... Ibique Eufumia olim uxor Iacobi capelarij fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere Viuiano Maraspino de Rubino..... libras decem et octo paruorum pro lana.....

**Pro Adam de Firmo contra Georgium de Labaco, et eius uxorem Pasinam.**

Die XVIJ mensis Iulij. In domo habitationi infrascriptorum debitorum in Terra Fluminis sancti Viti, presentibus Agabito Diraçich, Grisano Tonchouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Georgius Rompler et Passina, eius uxor, simul et in solidum..... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere Francisco Petri de Fano... vice ac nomine ser Ade Antonij de Firmo, ducatos septuagintaocto boni auri et iusti ponderis et solidos septuaginta paruorum..... per terminos infrascriptis videlicet.....

**Pro Iurlino de Stayn contra Bartolomeum Matiucij.**

Vltrascripto die. Presentibus Paulo Vidotich barberio, Iohanne Coxarich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Iurlino Saydel (! Saydenl) de Stayn... milliaria quatuor et duos çabros olei, et ducatos septuagintaquinque boni auri et iusti ponderis.....

**Pro Grisano stacionario contra Betam Bachijnam.**

Die XVIIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Petro Glauinich, Ambrosio Radolich, testibus... Ibique Beta Bachijna..... fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere Grisano condam iudicis Martini..... ducatos quinque boni auri et iusti ponderis... per terminos infrascriptos videlicet.....

**Pro Riçardo del Bene.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Paulucio Agnoli de Perusio, Antonio Passeris de Florentia, testibus... Ibique Petrus Paulus Dominici de Firmo dixit, asseruit, et confessus fuit qualiter mer-
S. 535. catum quod fecit..... cum Paulo Lustalar de Labaco, (S. 535.) illud fecit vice ac nomine Riçardi del Bene de Florentia, excepto quod de duodecim milliarijs olei, que dictus Paulus accipere promisit a dicto Petro Paulo, vnum milliarium est dicti Petri Pauli, presente prescripto Riçardo..... et promittente ipsum mercatum obseruare..... et ipsum Petrum Paulum indemnem seruare......



http://library.foi.hr

**Procura Riçardi del Bene.** Die XVIIIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico ,Grisano condam iudicis Martini, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Riçardus del Bene de Florentia..... fecit, constituit, creauit et ordinauit ser Antonium Nicolai et Georgium Dominici, ambos de Firmo, simul et in solidum, suos ueros et legitimos procuratores.....[1]

**Procura iudicis Nicolai in Iohannem, eius filium.** Vltrascriptis die ac loco. Presentibus ser Vito condam ser Matchi, Iacobo Cigantich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique nobilis vir ser Nicolaus Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis..... fecit..... Iohannem Micolich, filium suum,..... suum verum et legitimum procuratorem,..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in ciuitate Fani quacunque ex causa.....

**Pro Francisco de Ortona contra Teodorum.** Die 3. Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Luca Cauertich, Georgio Golçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Teodorus condam Dominici fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Francisco Cole Riuonte de Ortona libras quadragintatres et solidos duodecim paruorum pro vino vendito ad tabernam..... designans pro speciali pignere pastinum suum, situm in Schurigna.

**Pro Erardo de Graç contra dominum Nicolaum de Barnis.** Vltrascriptis die et loco. Presentibus generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, iudice Mauro Vidonich, Georgio Rompler de Labaco, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique generosus milles dominus Nicolaus de Barnis..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Erardo, rerum gestori Baldasaris Schemperger de Gradaç,... vice ac nomine dicti Baldasaris ducatos quingentos et

S. 536. (S. 536.) quinquaginta auri, et hoc pro pellibus habitis a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate prefatus debitor eidem creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis milliaria decem olei, pro precio et nomine precij ducatorum vigintisex auri pro singulo milliario usque ad.... Ed ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit duas pecias panni sirici laborati cum, quas dictus creditor mitti, siue portari facere promisit Budam, risico et periculo tam ipsius creditoris quam debitoris, et si ipsas poterit vendere, uti ipsi commisit dictus debitor, quod ex ipsis denarijs accipiat suam solutionem et satisfactionem pro suprascripto debito....

**Accordatio ancile pro Nicolao de Ragusio.** Die septimo mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Marco Bello, Suetina Çupanich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Tomas faber de Ostro-

1) Ta isprava ostala u izvorniku nedovršena.



http://library.foi.hr

saç . . . . locauit Marinam, filiam suam annorum nouem, ad standum et seruiendum Nicolao Michaelis de Ragusio sex annis proxime futuris, his pactis et condicionibus, quod . . . . .

**Pro iudice Nicolao Micolich contra dominum Nicolaum de Barnis.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Georgio Ruseuich, Grisano condam iudicis Martini, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique generosus milles dominus Nicolaus de Barnis . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Nicolao Micolich . . . . . ducatos sexcentos et vnum boni auri et iusti ponderis, quos ducatos $VI^{c}$(!) et vnum prefatus creditor dare et soluere promisit ser Dominico de Fantonis de Florentia quosque dicto ser Dominico dare tenebatur predictus dominus Nicolaus . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditori dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit vnam capsam cum pannis de sirico intus . . . . . tali pacto et condicione quod . . . . .

**S. 537. Pro Bartolomeo Matiucij de Firmo contra iudicem Mateum condam ser Donati.**

Die nono mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus presbitero Antonio Visignich, presbitero Vito Scholich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique iudex Mateus condam ser Donati . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Bartolomeo Matiucij de Firmo . . . . . ducatos vigintisex boni auri et iusti ponderis pro oleo habito a dicto creditore . . . . .

**Pro domino Nicolao de Barnis contra Iacobum Maliuanich.**

Die XJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Nicolao Micolich, ser Dominico de Fantonis, Veneciano de Cregnino, testibus . . . Ibique Iacobus Maliuanich obligauit et pro speciali pignere designauit circumspecto milliti domino Nicolao de Barnis suam muraleam magnam pro tribus crateris argenteis, quas habuit mutuo ab ipso domino Nicolao, hac condicione et pacto quod . . . . .

**Accordatio famuli pro Benedicto cerdone de Monte Sancto.**

Die XVIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iacobo Cigantich, Paulo Vidotich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Georgius condam Andree de Preulach, etatis legitime . . . . . se obligauit et concordauit ad standum cum magistro Benedicto cerdone, habitatore Montis Sancti . . . . pro quatuor annis proxime futuris, his pactis et condicionibus quod dictus Benedictus teneatur et debeat dicto Georgio dare vitum, vestitum, et calceatum decentem toto dicto tempore quatuor amorum, et in fine termini ducatos nouem auri pro suo labore et salario. Et dictus Georgius teneatur et debeat prefato Benedicto bene, fideliter, et diligenter seruire, et ipsi tanquam domino et patrono suo obedire toto dicto tempore . . . . .



http://library.foi.hr

Procura iudicis Nicolai in Antonium Rossouich.

Die XXIIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Tarsiensis siue Terre Fluminis sancti Viti[1], presentibus Iacobo Cigantich, Dominico carpentario, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique probus vir ser Nicolaus Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis ..... (fecit) et ordinauit Antonium, filium ser Viti condam ser Match(i) ..... suum verum et legitimum procuratorem, ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa Ragusij, et in tota Dalmatia .....

Procura iudicis Rosso in Antonium, eius filium.

S. 538.

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus ser Georgio Glauinich, Cipriano Fariçich, ciuibus et cetera, testibus ... Ibique ser Vitus condam ser Matchi ..... fecit ..... Antonium, filium suum, ...... suum uerum et legitimum procuratorem, ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur Iadre, et per totam (S. 538.) Dalmatiam quacunque ex causa .....

Protestus Siuichi molendinarij.

Die XXVIIIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Barbich, Blasio Drençal, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Georgio Ruseuich, iudice dicte Terre Fluminis, comparuit magister Alegretus de Tragurio, nomine ac vice Siuichi molendinarij, asserens et dicens, quod magister Georgius Crastich non vult facere aptare domum, quam vendidit dicto Siuicho, ut tenetur, nec curat quamuis iudices ipsi preceperint, idcirco protestatus fuit contra dictum Georgium Crastich .....

Procura ser Prodani, Marci Bello, Pauli Couaçich, Georgij Golçich, et Nicolai Venecianich.

Die primo mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Brigada, Mauro Gastaldich, ciuibus dicte Terre (Fluminis), testibus ... Ibique ser Prodanus de Pago, Marcus Bello, Paulus Chouaçich, Georgius Golçich, et Nicolaus Venecianich, omnes de Flumine ..... fecerunt ..... Antonium, filium ser Viti Rosso, ..... suum verum et legitimum procuratorem, ..... presertim ad exigendum et recuperandum a ser Deodato Nicolai de Curçula quicquid dictis constituentibus seu alteri ipsorum teneretur quacunque ex causa .....

Pro Francisco et Petro Chonç.

Die secundo mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Georgio Rompler de Labaco, Nicolao Francisci a Rocha, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Petrus Chonç de Lach promisit dare et consignare Francisco Petri de Fano in dicta Terra Fluminis usque ad ..... milliaria decem splagiarum ferri bonarum et mundarum, secundum mensuram quam prefato Petro dedit, pro precio et nomine precij

1) Na tom mjestu prvi put u kodeksu nalazimo, pored uobičajenog naziva za Rijeku (»Terra Fluminis«, i taj naziv (»Terre Tarsiensis siue Terre Fluminis«). Dakle Rijeka dobiva naziv po Trsatu.



http://library.foi.hr

ducatorum duodecim cum dimidio auri pro milliario. Pro qua quidem splagiarum quantitate dictus Franciscus dare debet predicto Petro duo milliaria olei boni et mercimonialis, pro mediocri precio quo vendent ser Nicolaus et ser Iacobus Micolich, fratres, et ser Ançulinus et ser Dominicus . . . . .

**Pro suprascriptis.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Prefatus Petrus Chonç dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis duo milliaria ferri virgularum pro faciendo clauos Francisco Petri de Fano usque ad . . . pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario. Quod ferrum dictus Franciscus soluere promisit dicto Petro in prompta pecunia et desuper donare mediam libram croci id est çafrani . . . . .

**Pro Francisco de Fano contra Mochorum Seualich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Mochorus Seualich . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Francisco Petri de Fano . . . . . libras quadragintaquinque paruorum pro saldo et calcullo omnium suarum rationum . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suum ortum in Iessero, saluo semper debito mei cancellario librarum octo, quas dicto Mochoro concessi pro exigendo ipsum ortum a Michlesio muratore.

**S. 539. Pro iudice Nicolao et Iacobo Micolich contra dominam Pasinam.**

Die tercio mensis Septembris. In Terra Fuminis sancti Viti, in domo infrascripte creditricis (! debitricis), presentibus Nicolao Nicolao(!)a Rocha, magistro Alegreto de Tragurio, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique domina Passina, tanquam plegia et fidessor (! mjesto »fideiussor«, a zapravo trebalo »fideiutrix«) Georgij Rompler, mariti sui, . . . . . fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Nicolao et iudici (! krivi poredak riječi mjesto »iudici Iacobo et iudici Nicolao«) Micolich, fratribus, . . . . . ducatos quinquaginta boni auri et iusti ponderis . . . . .

**Pro suprascripto contra dominum Nicolaum de Barnis.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Georgio Rompler, Nicolao a Rocha, fagistro Alegreto de Tragurio, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique generosus milles dominus Nicolaus de Barnis . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere iudici Iacobo Micholich . . . . . ducatos centum et vigintisex boni auri et iusti ponderis et solidos XXVIJ paruorum, et hoc pro ferro habito a dicto creditore . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit quatuor frustra videlicet cauicios de panno sirico tali pacto et condicione quod . . . . .



http://library.foi.hr

**Pro Francisco de Fano contra Iacobum Cigantich et Georgium Contouich.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus iudice Iacobo Micolich, Nicolao a Rocha, Francisco Cole de Ortona, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Cigantich et Georgius Contouich ..... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere Francisco Petri de Fano .... ducatos quinquagintasex boni auri et iusti ponderis, et hoc pro vna marciliana, batello, anchoris, vellis, sarthijs, armensibus ac massaricijs dicte marciliane, habitis a dicto creditore .....

**S. 540.**

**Procura iudicis Nicolai Micolich.**

Die octauo mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Tonsa condam ser Nicole, ser Georgio de Dreuenico, ambobus consiliarijs dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique probus vir ser Nicolaus Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis et consiliarijs, ..... fecit, ..... prudentem virum ser Gregorium de Bratis de Iustinopoli ... suum uerum et legitimum procuratorem, ..... presertim ad exigendum et recuperandum a ser Preto de Petrogna de Pirano, et quacunque alia persona quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa in partibus Ystrie .....

**Pro Paus de Otocacio contra Chirinum Spinçich.**

Die X⁰ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Dominico carpentario, Cipriano Fariçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Chirinus Spinçich ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Paulo dicto Paus bechario de Otocacio ..... ducatos septuaginta boni auri et iusti ponderis, saluo tamen iure calculli ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam vineam et ortum cum pergulis, sitos in districtu Castue, et domum condam Çonte, sitam in dicta Terra Fluminis, his pactis et condicionibus quod .....

**Pro Cernete de Costella contra Ieronimum de Valprinacio.**

Die XJ mensis Nouembris. In domo mei notarij infrascripti, presentibus Chirino Spinçich de Castua, Crestano Marinçich de Lochaua, testibus ... Ibique Ieronimus Brateglich de Valprinacio ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Cerne Paschurich de Costella ..... ducatos sexdecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro bobus habitis a dicto creditore .....

**Pro ser Ançulino contra Chirinum de Vegla.**

Die XV mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Rafaele de Fossambruno, Antonio Rossouich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Chirinus Vlachouich condam ser Niculini de Vegla .... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Ançulino Bonfiolo de Florentia ..... ducatos octoaginta boni auri

**S. 541.** et iusti ponderis (S. 541.) nomine mutui. Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro spe-



http://library.foi.hr

ciali pignere designauit plaustra quatuordecim frumenti, que sunt in dicta Terra Fluminis in domo suprascripti Rafaelis, his pactis et condicionibus quod .....

**Procura Iacobi de Florentia.**

Die XVJ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Tonsa condam ser Nicole, ad presens iudice, Vito Mateieuich, Agabito Diraçich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique probus vir Iacobus Marci de Aggninitis de Florentia..... fecit..... Lodouicum, suum filium,..... suum uerum et legitimum procuratorem,..... presertim ad exigendum, petendum, recipiendum, et recuperandum omnes et singulas denariorum quantitates, mercancias, res ac bona que fuerunt Laurentij Marci de Aggninitis de Florentia, fratris sui, qui olim habitabat et mercabatur in regno Vngarie, et que dicto condam Laurentio spectare et pertinere poterant uel potuissent quacunque ratione uel causa a quibuscunque personis quorumcunque locorum et terrarum regni Vngarie, et aliorum dominorum, et de per eum receptis finem, dimissionem, quietationem..... faciendum.....

**Pro presbitero Alexandro contro Iurssanum.**

Die XVJ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Agabito Diraçich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique ser Georgius Glauinich..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere presbitero Alexandro Vidaçich ..... libras vigintiduas et solidos octo paruorum.....

**Pro ser Riçardo contra Mateum Iuriçich.**

Die XVIJ mensis Nuembris. In Terra Fluminis sancti Viti in palatio illustrium dominorum de Valsse, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Iacobo BonIohannis de Firmo, Petropaulo Dominici de Firmo, testibus..... Ibique Mateus Iuriçich de Capella..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Riçardo del Bene de Florentia..... ducatos centum boni auri et iusti ponderis, et hoc pro croco siue çafrano, habito a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis tantum ferrum bonum et mercimoniale, pro precio et nomine precij ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario, quantum ascendat ad suprascriptam pecunie quantitatem usque ad.....

**Pro Mateo Iuricich contra Riçardum del Bene. S. 542.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ser Riçardus del Bene de Florentia promisit Mateo Iuriçich (! in margine bez »ç«)... quod accipiet ab ipso Mateo milliaria tria ferri boni et mercimonialis, pro precio et nomine (S. 542.) precij ducatorum duodecim cum dimidio boni auri et iusti ponderis in prompta pecunia, si ipsum ferrum dicto Riçardo dederit et designauerit in dicta Terra Fluminis usque ad.....



http://library.foi.hr

**Pro Iacobo de Firmo nomine Lodouici de Firmo contra Mateum Iuriçich.**

Die XVIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Grisano condam iudicis Martini, testibus... Ibique Mateus Iuriçich de Capella fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Iacobo BonIohannis de Firmo, dante et soluente nomine ac vice Lodouici Petrinicole de Firmo, ducatos sexaginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro parte solutionis vnius mercati, quod fecerunt simul prefati Mateus et Lodouicus, uti constat instrumento scripto manu mei Antonij notarij infrascripti.....

**Concordium inter iudicem Rossum et Dorotheam, uxorem Nicolai Chernich.**

Die XVIIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Georgio sarctore condam Stefani Agabito Diracich (! na tom mjestu bez »ç«), testibus... Ibique coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, iudicibus, et consilio Terre Fluminis sancti Viti comparuerunt Simon Oslich, Prodanus de Pago, Petrus Glauinich, Vitus Mateieuich, et Iohannes Coxarich, (et) retulerunt qualiter ipsi quando fuerunt missi a regimine dicte Terre Fluminis ad videndum differentiam, que est inter iudicem Vitum condam ser Matchi et Mariam Rigaçichieuam ad Braidam, dixerunt et terminauerunt, quod confines inter ipsas partes sint et esse debeant per medium fossati, et quod fossatus sit vtriusque partis, et qui uult claudere pro sua vtilitate claudat et seraleam faciat per medium suprascripti fossati.

**Procura ser Iacobi Gniniti(!) de Florentia in ser Dominicum.**

Die XVIIIJ mensis Nouembris. In Terra Fluminis sancti Viti in domo habitationi ser Dominici de Fantonis de Florentia, presentibus Prodano de Pago, Iusto Vidotich, Iohanne Cigantich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique probus vir Iacobus Marci de Aggninitis de Florentia... fecit,..... Dominicum Iacobi de Fantonis de Florentia, sororium suum,..... suum uerum et legitimum procuratorem,... presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, causis..., que et quas habet siue habiturus est cum quacunque persona, tam in agendo quam in defendendo.....

**Pro Crestano de Vlsperg contra Georgium Rompler.**

S. 543.

Die XVIIIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, Petro Chonç, Agabito Diraçich de Flumine, testibus... Ibique Georgius Rompler de Labaco..... promisit dare Crestano Goter capelario de Vlsperg duas sarcinas olei usque ad..... et consignare in Vlsperg, et vnam sarcinam olei usque ad..... in dicto loco, pro precio quo simul (S. 543.) erunt concordes. Residuum vero debiti, in quo dictus Georgius tenetur prefato Crestano, uti constat quadam scriptura scripta Labaci, et sigillata sigillo Crestani Mlacher et sigillo Matchi Vidaç de Labaco, dare promisit et consignare in Vlsperg in oleo aut croco aut amigdalis, tantum quantum ascendet ad suprascriptam debiti quantitatem usque ad.....



http://library.foi.hr

**Pro capitulo Fluminis contra Antonium Crismanich.** Die XVIIIJ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Vito Barulich, Martino Spinçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Antonius Grismanich de Laurana..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere venerabilibus viris domino presbitero Iohanni, Micolich, arcidiacono, et domino presbitero Gaspari, plebano,... vice ac nomine capituli dicte Terre Fluminis, ducatos decem boni auri et iusti ponderis, et hoc proquadam promissione, quam fecit pro presbitero Antonio Straçinich predictis creditoribus. Quos quidem ducatos decem dare et soluere promisit dictus debitor prefatis creditoribus usque ad.....

**Protestus ser Ypoliti de Barcelona.** Die XX mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Stefano Blasinich, Agabito Diraçich, Antonio Rossouich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus..... Ibique coram nobilibus viris ser Tonsa condam ser Nicole, ser Georgio de Dreuenico, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit ser Iohannes Çangulini de Arimino, habitator Segne, tanquam nuncius et commissus probi viri ser Ypoliti Torela de Barçelona(!), aserens et dicens qualiter prefatus ser Ypolitis fecit conuentionem, pactum, et mercatum cum ser Iohanne Francigena, capitaneo Castri Cersati, pro mille remis bonis a galea, quos dictus ser Iohannes conducere debebat segnam..... et esse debebant bonarum sortum, prout continetur in scriptura mercati et pacti inter ipsos facti, quod usque ad presentem diem minime factum est... quod in maximum damnum reuertitur... prefati ser Ypoliti eo quod partem predictorum remorum vendidit commissarijs serenissimi regis Aragonum..... idcirco predictus ser Iohannes de Arimino, nomine quo supra, protestatus fuit contra pretactum ser Iohannem Francigenam principalem et contra generosum millitem dominum Nicolaum de Barnis, tanquam plegium et fideiussorem ipsius ser Iohannis.....

**Locatio ancille pro Marino de Ancona. S. 544.** Die XVIIIJ mensis Nouembris. Iuxta Fluuium Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Simone domini Nicolai de Ancona, iudice Damiano condam Matei, ciue dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Gera, uxor Michai de Stenisichiach, cum voluntate et consensu ipsius,..... dedit, tradidit, et locauit Catarinam, eius filiam, (S. 544.) etatis annorum trium uel circa, Bartolomeo Marini de Ancona, patrono vnius nauete, presenti et ipsam pro filia anime acceptanti, his pacto et condicione, quod dictus Bartolomeus teneatur et debeat dicte Catarine dare vitum, uestitum, et calceatum decentem, et eam tanquam filiam anime gubernare, corrigere, et castigare, et suam omnimodam facere voluntatem tanquam de filia anime, absque alicuius contradictione, et eam maritare cum ad etatem nubilem peruenerit..... et quod predicta Catarina teneatur et debeat prelibato Bartolomeo bene,



http://library.foi.hr

fideliter, et diligenter seruire et obedire, tanquam domino et patrono suo, nec ab eo recedere.....

**Pro Francisco de Bononia contra iudicem Nicolaum.**

Die XXIJ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Agabito Diraçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique ser Nicolaus Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Francisco Bartolomei de Bononia, mercatori in ciuitate Ancone, ducatos quinquaginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta pro ser Paulo condam vicecomitis Pauli de Vegla. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad.....

**Pro ser Nicolao Micolich contra ser Paulum Grabilich de Vegla.**

Die XXV mensis Nouembris. Vegle in domo infrascripti Nicolai Tomasini de Caldana de Vegla, presentibus iudice Iurcho condam iudicis Stefani de Dreuenico, ser Nicolao Dionisij de Vegla, Nicolao Barbich de Vegla, Simone Festa de Flumine, testibus... Ibique cum ser Nicolaus Micholich..... promiserit ac obligauerit dare et soluere ser Francisco Bartolomei de Bononia ducatos quinquaginta auri usque ad..... pro ser Paulo condam vicecomitis Matei(!)[1] de Vegla, uti constat instrumento..... idcirco prelibatus ser Paulus..... promisit Nicolao Tomasini suprascripto,... vice ac nomine prefati ser Nicolai, eiusque heredum et successorum, dare et soluere prefato ser Francisco prescriptos ducatos quinquaginta auri usque ad... et ipsum iudicem Nicolaum, eiusque heredes et successores, omnino seruare indemnes.

**Acceptatio ser Riçardi del Bene in ciuem.**

Die XXV mensis Nouembris. In Terra Fluminis sancti Viti in statione Rafaelis de Fossambruno. Coram nobilibus et egregijs viris ser Tonsa condam ser Nicole, ad presens iudice, ser Mauro Vidonich iudice loco iudicis Iurchi, iudice Nicolao Micolich, vicecapitaneo, iudice Vito condam ser Matchi, iudice Vito Barulich, iudice Stefano Blasinich, iudice Mateo condam ser Donati, iudice Iacobo Micolich, iudice Georgio Ruseuich, ser Georgio Glauinich, omnibus consiliarijs dicte Terre Fluminis, comparuit ser Riçardus del Bene de Florentia, et supplicans dignentur ipsum suscipere et acceptare in ciuem dicte Terre Fluminis eo quod intendit et paratus est facere et soluere omnes et singulas angarias, factiones, collectas, et grauamina, que et quas facient et soluent alij ciues dicte Terre Fluminis. Qui domini audita et intellecta suprascripta supplicatione, et considerantes quod valde vtile et bonum est implere et dotare dictam Terram Fluminis personis bonis et utilibus, attendentesque prefatum ser Riçardum fore virum bonum, prudentem mercatorem, doctum

1) Za to se isto lice u predašnjoj ispravi kaže »condam vicecomitis Pauli de Vegla«.



http://library.foi.hr

S. 545. et utilem, prelibatum (S. 545.) ser Riçardum susceperunt et acceptauerunt in ciuem dicte Terre Fluminis, volentes ipsi domini, quod prefatus ser Riçardus possit et valeat gaudere atque frui omnibus et singulis priuilegijs, immunitatibus, et fauoribus, quibus gaudebunt et fruentur alij ciues predicte Terre Fluminis.

**Pro iudice Nicolao contra Siuichum moendinarium.**

Die 3. mensis Decembris. In littore maris ante portam Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Iurcho de Dreuenico, Agabito Diraçich, testibus ... Ibique Siuichus molendinarius dedit, cessit, et tradidit iudici Nicolao Micolich omnia et singula iura et actiones, reales et personales, tacitas et expressas, que et quas habet in quodam molendino, et eius pertinentijs, pro induiso cum dicto iudice Nicolao, ex parte Sigismundi Çichouer, hoc pacto et condicione, quod dictus iudex Nicolaus soluere teneatur et debeat affictum Sigismundo prefato, quem ipse Siuichus soluere tenetur ipsi Sigismundo, videlicet ducatos quatuor auri cum dimidio singulo anno .....

**Locatio famuli pro Blasio, habitatore Ancone.**

Die sexto mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Augustino Antonij de Cherso, Iohannecam(!) de Castro Muscli, Biasio(!) Lança Caruli, omnibus habitatoribus Ancone, testibus ... Ibique Malgarita, uxor Iuanusij de Brumna, cum voluntate et consensu Blasij filij sui, dedit, tradidit, et locauit Fabianum, filium suum annorum duodecim ... usque ad sex annos proxime futuros Iuliano calafato Dati de Cicilia, habitatori Ancone, ... his pactis et condicionibus, quod dictus Fabianus teneatur et debeat bene, fideliter, et diligenter seruire predicto Iuliano, et ipsi tanquam domino et patrono suo obedire toto tempore dictorum sex annorum, et ab ipso patrono non recedere usque ad dictos sex annos. Et prefatus Iulianus teneatur et debeat prelibato Fabiano dare vitum, vestitum, et calceatum decentem toto dicto tempore sex annorum, et ipsum fideliter docere artem suam, et dare nunc prefate Malgarite et Blasio, eius filio, libras quinque paruorum pro parte salarij dicti Fabiani, et in fine dictorum sex annorum debeat et dare teneatur dictus Iulianus predicto Fabiano vnum caput de quolibet genere instrumentorum artis sue pro integra satisfactione salarij dicti Fabiani .....

**Pro ser Galeacio et Iohanne Vicarich.**

Die septimo mensis Decembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Tonsa condam ser Nicole, ser Iurcho de Dreuenico, ad presens iudicibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Galeacius Iacobi de Ancona et Iohannes, filius generosi millitis domini Nicolai de Barnis, fuerunt contenti et concordes, quod duo nauliçati siue due obligationes, scripte Ancone de anno instanti die XIIJ mensis Octobris, et subscripte manu prescripti Iohannis, quibus constat qualiter ser Galeacius



http://library.foi.hr

predictus promisit ire cum sua naui ad portum Firmi, et ibidem onerare vigintiquinque vegetes olei, conducendas ad dictam Terram Fluminis et cetera, annullentur, annichilentur, et cassentur ac pro cassis et vanis habeantur et reputentur ita et taliter, quod vbique locorum nullius sint valoris, momenti uei efficacie nec vigore ipsorum nauliçatorum siue obligationum siue alterius ipsorum aut ipsarum aliquid possit peti in iudicio uel extra iudicium.

S. 546.
**Pro iudice Nicolao et Iacobo, fratribus, et iudice Mateo contra Galeacium de Ancona.**

die octauo mensis Decembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Bartolo Bachinich, ser Ançulino Bonfiolo, iudice Georgio Ruseuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique cum ser Nicolaus Micolich et ser Iacobus, eius frater, et ser Mateus condam ser Donati vna cum Antonio...[1] de Ancona fideiusserint et promiserint pro Galeacio Iacobi de Ancona Iohanni, filio generosi millitis domini Nicolai, quod soluent ac reficient predicto Iohanni vegetes quinque olei perditas in mari in splagia ciuitatis Firmane, et omnes et singulas expensas occursas et occursuras, idcirco prelibatus Galeacius considerans quod iniquum foret quod illi qui benefitium sibi fecerunt malefitium susciperent ..... promisit prefatis ser Nicolao, ser Iacobo, fratribus, et ser Mateo ..... quod ipsis et cuilibet ipsorum reficiet omnia et singula damna, expensas, et interesse, que et quas prefati tres siue alius ipsorum passus fuerit ob hanc causam, et ipsos omnino seruabit indemnes, volens dictus Galeacius posse cogi .....

**Pro Blasio bechario contra iudicem Mateum.**

Die nono mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Agabito Diraçich, testibus ... Ibique iudex Mateus Donadouich ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Blasio bechario, ciui dicte Terre Fluminis, ..... libras ducentas et vigintitres paruorum, et hoc pro pellibus habitis a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad .....

**Pro Grisostono de Firmo contra Paulum Mortatich.**

Die X mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Vito Mateieuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique Paulus Mortatich ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Grisostomo Nicolai condam domini Iohannis de Firmo ..... ducatos vndecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro oleo habito a dicto creditore. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori in reuerssione huius itineris .....

1) U izvorniku ostao prazan prostor iza »Antonio«, a pred »de Ancona«. Na tom je mjestu trebalo biti ispisano ime oca spomenutog »Antonio«.



http://library.foi.hr

**Pro iudice Nicolao et Francisco et Paulo Lustalar.**

Die XIIJ mensis Decembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus domino presbitero Gaspare, plebano, iudice Tonsa condam ser Nicole, Agabito Diraçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus .... Ibique iudex Nicolaus Micolich et Franciscus Petri de Fano et Rafael de Fossambruno, tanquam procurator Pauli Lustalar de Labaco, retulerunt mihi notario infrascripto qualiter die ..... dum essem Vegle ipsi iudex Nicolaus Micolich et Franciscus fecerunt cum dicto Paulo tale concordium et pactum, videlicet quod dictus Paulus dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis predictis iudici Nicolao et Francisco milliaria uigintiquinque ferri boni de Vlspergo, pro precio et nomine precij ducatorum duodecim auri pro singulo milliario, usque ad ..... et ipsi dederunt ducatos viginti auri

S. 547. dicto Paulo tunc, et die prescripto ..... (S. 547.) dederunt et numerauerunt pro dicto Paulo iudici Iacobo Micolich pro dacio ducatos vigintiduos, et prelibato Rafaeli ducatos centum et septuagintaocto auri. Residuum vero valoris dicti ferri dare et soluere promiserunt dicto Paulo quando complebit dare prescriptam ferri quantitatem, hoc tamen addito, quod si bellum accideret propter quod dictus Paulus non posset dare ferrum, ut supra, quod tunc et eo casu prefatus Paulus dare et restituere teneatur dictis iudici Nicolao et Francisco omnes et singulos suprascriptos ducatos .....

**Pro Agnia et eius viro Antonio contra Marinam condam Iacobi cerdonis.**

Die XIIIJ mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Agabito Diraçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Marina, uxor condam Iacobi cerdonis ..... fuit contenta et confessa se iuste teneri et dare debere Antonio cerdoni et Agneti, eius uxori, filie dicte Marine, ducatos octo auri boni et iusti ponderis, et hoc pro parte orti dicte Agnetis, quam dictus Antonius, cum voluntate et consensu ipsius Agnetis, vendidit prefate Marine. Quos quidem ducatos octo dare et soluere promisit dicta debitrix prefatis creditoribus per terminos infrascriptos videlicet .....



http://library.foi.hr

## RÉSUMÉ

**»Liber notificationum« — Le Livre de Antonius Francisci de Renno de Mutina, chancelier et notaire de la ville de Rijeka.**

Dans le troisième volume de »Vjesnik«, publication des Archives d'État à Rijeka, nous avons publié une partie de »Liber notificationum« — Le livre de Antonius Francisci de Renno de Mutina, chancelier et notaire de la ville de Rijeka.

Le livre contient les documents les plus anciens de ce chancelier et notaire de Rijeka (1436. — 1461.), persistés jusqu'aujourd'hui.

Dans le volume précédent nous avons publié la matière du manuscrit (contenant 749 pages) jusq'à 1450. (pp. 421 incl.), et à présent nous publions la continuation de la transcription jusq'à 1454. (pp. 422 — 547 incl.).

Pour éviter l'entassement de la matière superflue et inutile dans ce volume nous avons omis toutes les formules stéréotypes (données déjà dans la partie du manuscrit publié), et de même ces parties des insertions resp. des documents, qui n'ont pas la signification essentielle.

Nous avons marqué ces omissions du texte originaire avec des points.

La présente transcription du manuscrit contient aussi un nombre considérable des données, ce qui nous permet d'approfondir la connaissance de la structure ethnique de la ville de Rijeka dans cette période, son organisation et fonctionnement politiques, admistratifs et judiciaires (le manuscrit contient 57 décrets de la commune de Rijeka, ayant le sens et la vigueur de la loi), et particulièrement des donées qui élucident le développement économique et commercial de la ville en ce temps, et qui nous démontrent en même temps le rôle de la ville de Rijeka dans la vie économique et commerciale de nos pas à cette époque-là.

Dans l'introduction de ce travail (dans le volume précédent) nous avons donné l'organisation et fonctionnement judiciaires et administratifs de Rijeka plus en détail.

Nous avons accompagné la trascription du manuscrit par quelques notes, relatives à la critique et à la compréhension correcte du texte originaire.



http://library.foi.hr